





MOCE
NIC
CESA
VEN
1471














Paterson's Auct. libr:
Revd Mr Crofts
by commn: with Payne. [tee above commn]

1: 5: =


M. Wodhull
May 17th 1783
June 7th

Bib. Instit. No 5042.
Bib. Duc de la Valiere No 4976.

Panzer V: 3 p: 130 No 304.

Collat. & complet.

64


64

Coriolanus Cepio Clarissimo uiro Marco Antonio Mauroceno equiti apud illustrissimũ ducem Burgundię Venetorũ oratori felicitatem.



Vom pręfectus triremis ad classem proficisceret, quam felicissimus imperator Venetoꝝ Petrus Mocenicus contra Othomanum Turcoꝝ principē ducebat: uehementer rogasti me, ut quicqd in hac expeditione gestum esset litteris mandarem: affirmans ea te Apollinis oraculo ueriora habiturum quę a me scripta forent. Igitᷣ ut tibi morē gererem quę ab imperatore Mocenico ꝑ quadrienniũ gesta sunt annotaui: Tanto enim tempore & ille imperiũ gessit, & ego prefectura functus sum. Quaꝓpter opusculũ in quo hęc scripta sunt tibi mitto: quod cũ perlegeris, nõ minus te egregias imperatoris uirtutes q̃ magnifica ipsius gesta admiratuꝝ certũ habeo: meritoq3 damnabis eorũ sententiā qui affirmare solent effœtam esse naturam: nec producere tales uiros quales priscis temporibus extiterũt: omniaq3 mundo senescente degenerasse: q̃ falsi sint uel ex hoc maxime apparet. Nam si

apud grecos atq romanos multi ob singulas uirtutes clari habiti sunt: quid de Mocenico imperatore dicendũ sit? cui quicquid potuit benigna natura efficere omnia simul cõtulit. Omitto genus clarum: formã grauem: atq regiam dignitatẽ/ pre se ferentẽ eloquentiã promptam/ ceterasq nature dotes: de his dico que pprie hominis sunt. Est enĩ moribus integer: uita sanctus: in bello magnanimus: in deuictos clemens: in rebelles seuerus/ & asper: ĩ subditos indulgens: in omnes deniq iustissimus. alieni abstinens: sui liberalis: & qui omnes cupiditates/ atq animi illecebras facillime spernit. Nonne ergo iure hunc uirum/ non solum conferre/ uer etiã preponere priscis illis imperatoribꝰ atq ducibus debemus: gratiasq agere nostris tẽporibus/ que talem tantumq uirũ tulerunt. Et quoniam solent pictores alicuius egregij artificis exactũ signũ atq imaginem ad imitandum pponere/ ut tales ipsi euadere possint quales auctores illius picture fuerint: Sic etiam huius optimi imperatoris/ clarissimiq principis atq ducis mores & uitã te emulari uelim: ut cũ eius uirtutes assecutus fueris: bonores quoq ac dignitates/ summũ deniq principatus gradum in republica obtinere possis. Vale.



Coriolani Cepionis dalmatę Petri Moce-
nici Imperatoris gestorum liber primus.



VOm Venetijs nunciatū esset Othomanū turcorū principē ingentibus copijs terra mariq; Euboiam īuasisse: Chalcideq; eiusdē insulę urbē intra paucos dies expugnasse: omnesq; insulas atq; ciuitates gręcię copiarum magnitudine Othomani perterritas: iam non in uirtute/sed in fuga spem habere: Nam classis Othomani numerum trecentarū nauiū expleuerat: Terrestres uero copię centū & uiginti millia militum excedebāt. Ciuitas trepida atq; de statu rerū sollicita: etiā proprię saluti diffidere cœpit. Tunc & supplicatiōes indictę: & uota publice priuatimq; suscepta/ si status rei.p.integer maneret. Tum patres rogati conueniunt: fit frequens senatus: graues atq; uarię sententię dicuntur. Tandem nihil potius in re fore decernūt q̄ eligere probatissimū imperatorem/ qui & auctoritate sua labantes ac fractos animos sociorum/& subditorū confirmaret/& uirtute atq; animi magnitudine tanto hosti

obuiam iret. Fit Senatus decretum ut Nicolaus Canalis imperator reuocetur: deinde omnibus suffragijs ad tale negociũ idoneus imperator designatur Petrus clarissima familia Mocenica ortus: quę gens a primordijs ipsius urbis inter patricias familias semper habita est. De qua etiam multi clarissimi imperatores naualis belli gloria uiri illustres fuere. Thomas deniq; inclytus Venetorũ dux: qui ob magnitudinẽ rez gestaz cęlo & ĩmortalitate dignus extitit. Petrus quoq; ipse nõ minus ob uitę integritatẽ/atq; fidei sanctimoniam q̃ ob animi magnitudinẽ & belli peritiam clarus habetur. Quapropter & strenuus imperator senatorq; optimus & ciuis bonus semper existimatus est. Itaq; accepto imperio/ armata triremẽ/festine atq; sine mora nauẽ cõscendit: intraq; paucos dies fauonio flante Venetijs soluit: Prosperaq; nauigatione usus nõ post multos dies in gręciã uenit. Postq̃ igitur ad eam prouinciã delatus est/ nihil antiquius ratus/ q̃ fractos animos sociorum/ pręsentia sua/atq; oratione cõfirmare: omnes insulas/ atq; ciuitates gręcię percurrit. benigna oratione ciuiũ deiectos ac ꝓstratos animos erigit/excitatq;: affirmãs nõ uera uirtute sed dolo

Othomanũ Chalcidē expugnasse: qui tanq̃ latro ex insidijs inopinantes atq; imparatos aggressus erat: breuiq; se effecturũ ut Othoman⁹ ad sua tutanda potius q̃ ad aliena rapiēda uires atq; animũ intēdat. Vbi satis cōfirmatos omniũ animos perspexit: nauigationē Euboiā uersus dirigit. Iamq; fretũ quod Euboiā a cōtinēti diuidit/ intrauerat: quom offendit Nicolaũ Canalē īpatorē collecto undiq; magno numero nauiũ/ distributisq; ordinibus Chalcidē aggredi/ atq; oppuguare uelle. Statuerat enī fortunā experiri si quo pacto amissam urbē recupare posset. Nicolaus cōspecta naue Mocenici (ex signis aduertit successorē aduenire) e uestigioq; naui desiliens scaphā ascēdit: & ad Mocenicũ uenit. Vbi cōplexi atq; consalutati inuicē sũt: Nicolaus/ uides inqt optime īpator uides magnitudinē classis/ quā accitis undiq; nauibus cōparaui: omnibusq; ad oppugnandā urbē necessarijs instruxi. Pręterea distributis partibus ꝑfectis ac turmaꝝ ducib⁹ qua quisq; urbē oppugnaret ordines optime disposui. Quapꝓpter magnā spem ī manibus urbis recupande habes. Igit̃ trado tibi imperiũ/ rem a me inceptā prosequere/ absq; dubio urbe potiturus. Mocenicus uero

rei.p.potius q̄ dignitatis suę habita ratiōe/ne ad-
uentu suo ipse nouus/ & cōsiliorū sui antecesso-
ris ignarus rem turbare uideret̃/ respōdit. Nico-
lae perge ut cœpisti dūmodo rei.p. proficias/ me
uel sociū/uel comitem habeto ad omnia munia a
te mihi mandata paratū/ modo urbem amissam
recuperare possis. Nicolaus nihil se agere uelle
respondens alienis auspicijs: imperio se abdicat.
Tum Mocenicus Nicolaum potius magnifice q̄
ex animo locutū/ conatusq; frustra fieri aduertit.
Nā & copię quas Nicolaus exposuerat/ obtrun-
catis duobus pręfectis triremiū/in fugam uersę:
aliquot etiam naues tormentis quas bombardas
appellamus fractę atq; perforatę erāt/quę uix ne
submergerent̃ se sustinebāt. Itaq; amissa spe po-
tiundę urbis/ cuiuscunq; generis naues subitario
apparatu excitas/ omnes dimisit. & quoniā iam
transacta ęstate/ hibernū tempus appetebat/ cū
reliqua classe nauiū longarū ad peloponnesi ur-
bes se recepit. Ibi enim statuit futurū expectare
annū: habens ī animo adueniente ęstate aliquod
pręclarū facinus facere quo posset acceptā cladē
superiori anno amissę Euboię resarcire. Interim
tamē & naues inualidas reficere: & alias circum

Aegeas insulas mittere, ad cõfirmandos sociorũ animos operã dabat. Dũ hęc ĩ gręcia agunt: desi-gnant Venetijs duo legati uiri ętate graues: ma-ritimiq; belli haud ignari, Marinus malipetrus: & Ludouicus bembus: quoꝝ cõsilio imperator ĩ bello administrando uteret. qui armatis triremi-bus appetẽte uere ad imperatorẽ mature se cõfe-rũt. cũ eo simul quid ęstate noua agendũ: quidue esset potissimũ & ad opprimẽdũ hostẽ: & rei. p. statũ cõfirmãdũ deliberaturi. Ferdinandus quoq; Apulię rex ex fœdere misit naues rostratas decẽ sub Rechaiensio duce qui ex cõsilio imperatoris nostri bellũ cõtra Turcũ gesturus esset. Othoma nus turcoꝝ princeps ueritus opinor ne ob amis-sam Euboiã christiani principes simul conspira-rẽt, belloq; se opprimerẽt: experiri statuit si quo pacto rem cũ Venetis cõponere posset: uel tẽpus trahẽdo, atrocitatẽ Chalcidicę cladis lenire: usus opera atq; ministerio nouercę suę mulieris chri-stianę Georgij olim tribalorũ dispotę filię. Quę cognita priuigni uolũtate, ex suis domesticis fi-deliorem Venetias misit. Cui mandat daret ope-rã ut Veneti legatos ad Turcũ mittãt: affirmans si uenerint ex sententia rem compositurum esse.

Mittũť ergo duo legati/Nicolaus Coccus:& Frã- ciſcus capellus:q cõſcenſa naui/primũ ad diſpotę filiã quę in quodã uico macedonię a priuigno ei dato tũc manebat. Inde allocuti mulierẽ/terreſtri itinere Biçantiũ ſe cõferũt: ubi ſalutato ex more gentis turcoꝝ principe: reliqua per internuncios agũt. Et cũ de conditionibus nõ cõueniręt/ legati ꝑ litteras quas pacis conditiones Turcus offerret: Senatũ certiorẽ reddũt. Veneti reiectis cõditiõi- bus/ex Senat⁹ decreto legatos domũ reuocãt. In- terim Franciſcus capellus febri correptus moriť. Nicolaus alter legatus primũ piſcatoria nauicula Lemnũ inde nactus Venetã triremem Cretã ſe cõtulit. Dum legati proficiſcunť: dũ de conditio- nibus agiť ĩ mittẽdis etiã atq; remittẽdis litteris: tota ęſtas effluxit. Qua & ſi imperator cupiditate arderet patrare aliquod egregiũ facinus/ & ſe & ſuoꝝ maioꝝ gloria dignũ: diſſuadẽtibus tamẽ le- gatis/nihil actũ eſt. Verebãť enĩ ne barbarus ho- ſtis bello laceſſitus/oratorib⁹ uiris nobilibus/atq; ĩnoxijs manus inferret. Igiť iam inſtante hyeme: dux regię claſſis Neapolim ad regem ſe recepit. Marinus quoq; malipetrus cũ Ludouico bembo legati domũ reuocãť. Veneti de cõpoſitiõe rerũ cũ Turco ſpe reiecta/ in ſequentẽ annũ bello ſe

preparare ſtatuūt. Mittuntur ergo oratores pri-
mum ad romanū pontificem: deinde ad regem
Ferdinandum, quatenus eos monerent: ſuade-
rentq; ut ad opprimendum cōmunem hoſtem
peſtēq; perniciofiſſimā chriſtianę religionis, ani-
mū atq; uires intendant. Pontifex accepta beni-
gne legatione, ſe ꝑ uirili ſua nō defuturū promi-
ſit. Ferdinandus quoq; rex ſummo ſtudio nauare
operā ī annū futurū pollicitus eſt. Imperator etiā
miſit nuncios cū litteris, & ad magiſtrū Rhodię
religionis: & ad regē Cyprium, ut uere ineunte
bello ſe prępararēt: naueſq; ex fœdere debitas mit-
terent. Interea ipſe cū claſſe circū Aegeas inſulas
obnauigat. Timebat enī ne hoſtis nactus oppor-
tunitatē: aliquam ex fœderatis ac ſubditis inſulis
opprimeret. Nam multa in eis oppida debilia ac
male munita ſunt. Dū in his locis cū claſſe mora-
tur, accepit uicū Ionię opulētiſſimū, temere ſine
pręſidio eſſe. Situs eſt in continenti, ex aduerſo
Chiorū oppido: Paſſagiū incolę uocāt: in quem
totius pene Aſię ꝓuincię merces cōportant. In-
de Chium deuehunt. Ea urbs his tēporibus ſub
Genuenſiū ditione ſimul cū inſula poſita omni-
bus fere Italię populis commune emporium eſt.

Quapropter Passagiū & frequentibus habitato-
ribus/ & taberne ī eo mercibus replete sunt. Igit
sub lucano tempore imperator cū classe ad littus
uico proximū applicuit. Ibi milites exposuit/ ac
nauales socios/ qbus addidit etiā nō paruā partē
turbe remigū. Omnibusq; prefecit magistrū sue
nauis quē uulgo Comitū appellant. qui e uesti-
gio instructa ac disposita acie uelocissimo gradu
ad uicū tendit. Coloni/ ac uici habitatores subito
hoste/ ac insperato malo perterriti/ ad proximos
montes diffugiunt. Nostri uicum habitatoribus
uacuū/ sed omni barbara merce refertum intrant
diripiunt/ distrahūtq; omnia: pictis tapetis/ uer-
sicolori ac serica ueste/ pannoq; hircine lane quē
çambilotū dicūt/ & omni alia preciosissima mer-
ce se onerant. Cetera ferre nō ualentes/ cū tectis
supposito igne cōburunt: predamq; omnē ad na-
ues referunt. Imperator ditata classe ad reficien-
das naues in hiberna Methonam se recepit. bru-
me enim tunc erat tēpus: anniq; pars seuissima.
Nec Methone illi multos dies manere licuit. Mo
tus enim crebris rumoribus qui de Turcoꝝ clas-
se ferebantur/ Lemnum uersus nauigare statuit.

Erat autē fama Othomanū ad occupandam eam
inſulam quadraginta triremes optime inſtructas
pręparaſſe. Itaq; imperator paratis neceſſarijs/ac-
ceptoq; cōmeatu/ uelociſſimo curſu cū tota claſ-
ſe Lemnum ſe contulit. Comperit ibi de Otho-
mani claſſe rumorem falſum fuiſſe. Lemnos in-
ſula duo oppida habet: Paleocaſtrum/& Cocinū
appellant. Cocinum terremotu quaſſum fundi-
tus corruerat. maxima etiam pars murorū ac tur-
rium Paleocaſtri. quę imperator ſummo ſtudio
reficere/ac reſtituere curauit. pręſidiumq; militū
quos ex peloponneſo adduxerat oppido impo-
ſuit. Cōpoſitiſq; inſulę rebus: inde ſolueus Me-
thonam reuerſus eſt. Dū illic naues reficere/ ne-
ceſſariaq; ad bellum parare ſtudet: Venetijs de-
ſignantur duo legati/ uiri ob res geſtas domi fo-
riſq; clariſſimi/ Stephanus malipetrus: & Victor
Soprantius qui ſumpto magiſtratu naues cōſcen
dunt: ad imperatorēq; ſe mature conferunt. Vbi
habito ſimul colloquio: cōmuni cōſenſu ſtatuūt
pręter nauales copias/decem equites in ſingulas
naues accipere. Per omnes enim urbes pelopon-
neſi quę Venetoꝝ ſocię/ac ſubditę ſunt: habent
Veneti mercenarios equites/ natione Epirotas:
quos gręco uerbo Stratiotas uocant: uiros magni

animi: & ad omne facinus peragendum paratos: qui crebris excursionibus totam illã partẽ Pelo/ ponnesi quę Othomano subiecta est/ deuastan/ tes pene ad solitudiuem redigerunt. Hęc gens natura ipsa hoc illi tribuente/est rapacissima: ma gisq; ad prędam q̃ ad prelium apta atq; instructa. Vtuntur scuto/ense/atq; hasta: pauci lorica. reli/ qui bombicina thorace contra hostium arma se muniunt. Equos etiam exectos ad sustinẽdos uel longissimos cursus aptos habent. Prę cęteris ta/ men uirtute & exercitatiõe pollent/ qui Neapo/ lim inhabitant. Ciuitas est peloponnesi in argi/ uorũ agro sita. Igitur imperator & legati simul cum tota classe/ Neapolim se conferunt. Equites nauibus imponũt: Inde ad excurrendas ac depre/ dandas Asię maritimas prouincias/ totis uiribus contendunt. Grecas autẽ prouincias/ atq; insulas Othomano subditas/imperator nunquã/uel mi/ nimo damno afficere uoluit: quoniã preter pre/ sidia/ atq; magistratus ab Othomano impositos: populi omnes christiani sunt. Asia uero prouin/ cia tota barbara atq; infidelis: Machometanęq; superstitioni dedita/ac deuicta est. Quapropter totã grecia preternauigans Lesbum uenit: atq; ad orientale promontoriũ insulę quoniã ea pars

habitatoribus uacua erat/ habens portũ tutissimũ cũ tota classe se contulit. Ex opposito est Aeolia regio opulentissima : habens oppidũ maritimũ Castri appellatũ: situm in agro pergameno. Pergamus fuit olim ciuitas in tota Asia celebrata: in qua primũ usus chartę ex pellib9 caprinis inuentus est: quamobrẽ & pergamenę dictę sunt. Huius urbis reges maiori parti Asię imperitarunt: quorꝫ ultimus Attalus philopater romanũ populum heredẽ instituit. nunc uix uestigia quidem tantę urbis apparent. Ager tamẽ propter fertilitatẽ frequentibus uicis habitatˀ. Itaqꝫ intempesta nocte Lesbo soluens ad ulteriora littora summo mane uenit. Expositis equitibus/ magna etiã parte naualiũ copiarũ/ omnibus pręposuit Iacobum parisotũ magistrũ classis/ quẽ uulgari ac uernaculo sermone armiraliam dicim9. Huius officiũ est cursum nauigationis dirigere/ ac disponere : nauali etiã turbę ius reddere: & ob leuia delicta ĩ eos animaduertere. grauiora uero peccata puniendi Imperatoris munus est. Quo duce ac pręfecto posthac Impator ad omnes excursiones usus est. Igitur dux locato ad subsidia idoneo numero equitũ/ additis etiã naualibus socijs/ ac militibus:

cęteros omnes ad depopulandum agrum misit. Qui ueluti e carceribus missi, citatissimo cursu omnes uicos circumiacentes excurrunt: magnũ numerũ mortalium capiunt: omnium pecorum greges agunt. Pręterea uaria supellectili se, ac armenta onerant. Dum nostri cũ pręda reuertuntur: equites hostium ex proximis locis exciti, simul coeunt. Nam qui manus nostrorũ effugerant, clamoribus atq; ululatibus omnia compleuerant. Itaq; cuneo facto hostes prius edito magno clamore sperantes prędam recuperare posse nostros aggrediuntur. Nostri uero equites conuersis equis, magno impetu pręliũ ineunt. Obtruncatis multis ex hostibus: cęteros in fugã uertunt. Itaq; omnis pręda ad naues reducitur. Equites interfectorum hostiũ capita imperatori offerunt: singulos aureos in singula capita accepturi. Nam imperator promiserat unicuiq; interfecti hostis caput deferenti, aureum se soluturũ. quod semper postea seruatum est. Imperator oneratis pręda nauibus, ad quandã insulã desertã, ac portuosam, quã nunc sanctam Panaiam uocant, quę inter Chium ac continentem sita est, se recepit.

Ibi omnẽ prędam exposuit: elegitq́; tres quęsto-
res ex pręfectis nauium, duos Venetos, tertium
Dalmatam. quem morem etiam creandorũ quę-
storum semper tenuit. Quęstores uero primum
decimam totius prede iuxta antiquissimũ morẽ
Venetorum imperatori dant. Equites ex prędа
ꝑ eos capta, factis partibus, duas pro se retinent:
tertiã quęstoribus assignãt: ita enim cũ impera-
tore cõuenerãt. Captiui autẽ omnes quos naua-
lis turba ceperat, quęstoribus tradunt, quos om-
nes posita hasta sub corona uendũt. Deinde pe-
cuniã hoc modo distribuunt. Primũ omnibus ex
naualibus qui hostẽ captiuũ adduxerant, tres au-
rei dantur: deinde impensę uictus equitũ, quas
pręfecti nauiũ fecerant, soluuntur. reliqua pecu-
nia ęquis portionibus in naues diuiditur. Lega-
tis uero quantũ singulę naues acceperant, duplũ
datur. Pręfecti acceptã pecuniã, portionẽ tertiam
sibi retinentes, reliquã inter naualem turbã pro
conditione hominum diuidunt. Quibus expe-
ditis, imperator nocturna nauigatione ad insulas
Carię adiacentes uenit, depopulaturus eam par-
tẽ regionis quę olim Gnidiorũ ager fuerat. Gni-
dus autem fuit ciuitas Carię propter duos portus

ac naualia clara & celebris. Cuius dirutę & euer-sę, multa monumenta etiam nunc extant. Nam & theatri edificium: & tectorum, ac templorum quadrati lapidis mœnia semiruta & disiecta ui-sunt. Ager quoq; absq; alia mitiori cultura a pa-storibus tantū habitatur. Igitur imperator sub lu-cem ad quendā sinū illius regionis, barbanicola uocatum, applicuit. E uestigio emissi equites ac naualis turba, absq; ordine omnia percurrunt. maximum numerum hominū cuiusq; ętatis, ac sexus capiunt. Prętereа pecoris quantū ad usum satis nemine resistente accipitur. Aliarum rerū pręter paucos tapetas, & centones nihil. Ex cen-tonibus enim illa gens & tabernacula portatu fa-cilia (quoniā stationes pascendi pecoris gratia sę-pe mutant) & culcitras dormiendi causa faciunt. Imperator imposita in naues omni prędа, ad De-lon insulam uenit. Hęc olim ob insigne Apol-linis templum: & sacrorum cerimonias conuen-tibus uniuersę gręcie celebrata fuit: nunc deserta ac inhabitata est. Extant tamen templi, & amphi-theatri uestigia albi marmoris: Columnarum quoq;, ac signorū maximus numerus. Colossus

etiam cubitorum quindecim, cum hac inscripti-
one γαξοσ απολλογι. Sunt & cisternę mul-
tę mirę magnitudinis etiam nunc aquarũ plenę.
Hic per quęstores ex instituto omnis pręda diui-
sa est. Deinde facta licitatione, captiui uendun-
tur: pecuniaq; redacta ex cõsuetudine diuiditur.
Quibus peractis, imperator quoniam commea-
tus classi defecerant, ad peloponnesi urbes diuer-
tit. Internauigandũ uero ad Malęum promonto-
rium, Rechaiensius regię classis dux cũ decem-
septem triremibus, ei occurrit. Vbi nauticorum
more celeumate ac signis inuicem consalutati si-
mul Methonam ueniunt. Ibi imperator accepit
Cardinalem quoq; legatũ pontificis romani cũ
classe aduenire. Deinde acceptis cibarijs, simul
cũ regio duce, ad insulas Asię adiacentes matu-
re se contulit. Habent Rhodij oppidum opere ac
defensoribus munitissimum, ac inexpugnabile:
quod castellum sancti Petri uocant, situm in ea
parte Carię quę Choo insulę opposita est: Ad
quod multi christianorum seruitutem turcorum
fugientes, ex tota Asia quottidie se conferunt.

& quoniam extra munitiones hostis omnia te-
net: oppidanis ne lignandi quidem gratia exire
licet. Hic mira de canũ sagacitate ac solertia nar-
rantur. Habent enim oppidani ultra quinqua-
ginta canes/ quos nocte extra munitiones tenẽt:
ad quos si quis christianorum peruenerit/ beni-
gne excipiunt/ & cũ plausu ad oppidum ducunt.
Si uero ĩ hostẽ inciderint/ latratibus persequun-
tur/ & dilacerant. Et si cui hęc mira ac incredibi-
lia uidentur/ legat Plinium in naturali historia:
qui de hoc animali multa maiora tradidit. Qua-
propter imperator ut oppidanis ad necessaria ex-
ire/ atq; euagari longius facultas daret/ circumia-
centes uicos oppido depopulari statuit. Ergo tota
nocte nauigans/ dũ adhuc tenebre essent/ ad lit-
tora oppido proxima uenit. Sed cum aduertisset
uel minimam partem nauium secum esse/ nihil
agendo/ diem operiri statuit: Silentio enim lunę
nox obscura erat: impedientibus etiam cursum
non nullis scopulis: rectores nauiũ per errorem
alia ex parte cuiusdã promontorij/ naues appu-
lerãt. Sed cũ iam illuxisset: pręfecti aduertentes
imperatorem secum non esse/ solutis funibus: ac

ſublatis anchoris/ promontorium circumremi/ gantes/ mature ſe ad imperatorem cõferunt. Imperator ilico exponere equites: partemq́ turbę naualis iubet. Iamq́ diei hora prima erat: Incolę uiſa claſſe/ imbellem turbam ad montes fugere cogunt. Ipſi ſe ad conſerendam manum cũ hoſte pręparant: uiribus ac aſperitate loci fręti. Hi enim uiri propter aſſiduas cum oppidanis conſertationes/ prę cęteris Aſiaticis uirtute pollent. Noſtri uiſa aduerſariorũ audacia/ inſtructi procedunt. & cũ ad iactum lapidis iam uentum eſſet/ magno clamore ab utraq́ parte edito/ infeſtis armis concurrunt. Atrox prelium committitur. Equites impedientibus pręruptis ſaxis/ noſtris nõ multum auxilio fuere. Nauales uero ſocij/ ac milites eminus plumbea glande tormento emiſſa: & ſagittis/ cominus enſe & haſta hoſtẽ feriunt. Hoſtis quoq́ miſſilibus quibus maxime pręualebat/ noſtrorum multos ſauciat. Stetit aliquantulum anceps pręlium. Tandẽ noſtri & numero/ & uirtute ſuperantes/ obtruncatis multis hoſtem in fugam uertunt. Multi uiui capiunt. Cęteri ad pręruptos montes/ atq́ inuios anfractus

ſe recipiunt. Noſtri fuſis fugatiſq; hoſtibus/ per omnes uicos ad deprędandum diſcurrunt: ferro igniq; cuncta deuaſtantes. Itaq; deprędatis omnibus/ maxime tapetis onuſti/ ad naues redeunt. Nam in his locis mulieres pręcipuę ſunt operarię tapetorumq; textrices. quę nõ ſolũ ad uſum: ſed etiã ad mercaturã operam ſuã exercent. Homines pauci/ pręter aliquot mulieres/ quę aſportandi ſua cupidę non aufugerant/ capiuntur. Allata ſunt imperatori hoſtium capita abſq; numero. Hoſtes uiui in pręlio capti q̃plurimi. Ex noſtris deſideratus nemo. Sagittis uulnerati ad quinquaginta ſunt. Quarta deinde die ad quendã locum Carię/ qui nunc Tabia dicit̃/ ſummo diluculo uenit. Ibi coeuntia ex utroq; latere maria: magnam partẽ Carię peninſulã efficiunt. Ager Alicarnaſſeorum olim erat/ quę ciuitas fuit regia principum Carię: in qua Artemiſia regina Mauſolo uiro ſuo monumentũ mirę magnitudinis/ ac opere inſigne conſtruxit: quod & ex uiri nomine Mauſoleum appellauit. Et poſtea inter ſeptem mirabilia mundi cõnumeratum eſt. Ex quo etiam omnia monumẽta pręclara/ Mauſolea dicta ſunt. Cuius nos inter urbis ruinas

uestigia uidimus. In his locis homines ignaui: & ab agricultura abhorrẽtes/ pastoriciã exercẽt. Itaq; equites ac pedites expositi/ cursim omnia peragrãt. Prędã ingentẽ hominũ ac pecoꝝ agũt: quã absq; mora ad naues adducũt. Assumpta ergo imperator ĩ naues pręda/ ad insulã inhabitatam/ cui Caprarię nomen est/ uenit. Ibi ex instituto iam more pręda omnis ꝑ quęstores nouos diuisa: deinde posita hasta captiui uẽditi: & pecunia distributa est. Nam mos erat imperatori nouę prędę/ nouos quęstores designare. Dũ hęc aguntur/ nunciatũ est legatũ pontificis cũ classe adesse. Igitᷣ imperator instructa armis/ signisq; ornata classe/ obuiam ei procedit. Cui occurrens ipse/ & tota classis/ celeumate/ ac cęteris quę leticiam animi exprimere & ostendere solent/ legati aduentũ excipiunt. Deinde imperator ad legatum se contulit. Quo saluato/ Audisti inquit forsitan ac legisti optime pater multa quę Senatus Venetus pro fide christiana/ ac libertate ecclesię/ strenue & magnifice gesserit/ nunc etiam uides. Nonus enim iam annus uoluitur/ ex quo Veneti cęteris principibus christianis torpentibus pręter Ferdinãdũ regẽ/ graue/ & periculosũ

bellum gerunt ac sustinent. Nec nos pœnitet
laborum & impensę/ modo rei.p.christianę pro-
futuri simus. Quoniam igitur his diebus Aeo-
liam atq; Cariam/ opulentissimas barbari hostis
regiones/ omnia ferro igneq; prosternendo/ pe-
core ac colonis expoliaui. Nūc quia ades tuo du-
ctu atq; auspicijs cętera agentur. Tum Cardina-
lis. Et legi/ & audiui/ & etiam nunc uideo egre-
gie imperator Venetorū animū in defendenda
religione christiana/ supra omnes reges ac prin-
cipes pręcipuū fuisse. Venetosq; suis armis mul
tas christianorum gentes ac prouincias a barba-
rorum rabie defendisse. Tu quoq; magis q̃ cęte-
ri imperatores operam nauasti: audaciamq; ra-
bidi hostis/ tua uirtute fregisti. Igitur macte uir-
tute/ ad reliqua agenda strenue perge. Ego au-
tem (ut par est hominem religiosum) supplici
oratione deum optimum maximumq; precabor
ut tibi felices successus tribuat. Copię uero quas
adduxi/ tuum imperium sequentur. Venit ad
eos & regius dux (ipse enim cum sua classe ad-
erat). Itaq; simul collocuti/ Samum diuertunt:
ibi deliberaturi quid potissimum agendum sit.

Samos insula deserta est: olim ob fertilitatē celebratissima fuit. Nunc feris tantum cuiusq̧ generis referta: mellis quoq̧ siluestris per siluas passim abundans: Aquis etiā dulcissimis undiq̧ scatens. Hic equos/ cęterasq̧ copias/ad resumendas uires/ atq̧ animi laxandi gratia exponunt. Milites/ ac turba omnis uenationi incumbit. per saltusq̧ ac ferarū latibula discurrunt. Dum uarię fere capiunt᷑: adolescens quidā Dalmata natione & lingua/ urso mirę magnitudinis occurrit. Dumq̧ eum uenabulo transfigere studet: ursus uitato ictu adolescentē occupat/ atq̧ prosternit. Iuuenis pręsenti animo/ambas auriculas eius manibus apprehēdit: caputq̧ ferę a se tam diu remotum tenuit/ne ab ea dentibus laceraretur/quoad alter adolescens eiusdē gentis accurrens/ursum a tergo gladio interemit. Cadit itaq̧ ubiq̧ magnus numerus ferarum. tota classis uenatione replet᷑. Agunt᷑ festi dies: gregalis turba epulis/ ac uino indulget: pręcipue Illyrici/ quorū inter nauales copias maximus numerus est. Pateris uina propinant/ canticis ad bibendum socios inuitantes. Vbi ad sacietatē repleti sunt:

actorũ memores/unuſquiſq; operã ſuã iactan-
do magnifice extollit. Solent enĩ rebus bene ge-
ſtis etiã ignaui gloriari. Interim principes con-
gregati/quid potiſſimũ agendũ ſit/conſultant.
Tum ex cõmuni ſententia Ataliam Pamphylię
urbẽ/quę ab Atalo Philadelpho cõdita eſt/ſubi-
tario apparatu oppugnare ſtatuunt: ſperantes ſi
de repente improuiſam aggrederẽt/abſq; bom-
bardis/& murorum deiectione urbe potiri. Ata-
lia urbs eſt littoralis omnium maritimarũ Aſię
prouincię maxima. habens portum multis tur-
ribus ab utroq; latere munitũ/& cathena clau-
ſum: propterea Aegyptijs ac Syrijs mercatori-
bus celebrata. Quamobrem toti prouincię com-
mune emporiũ eſt. Igit imperator pręfectos na-
uiũ ad ſe uocat: uti ſcalas & crates binas/aut ter-
nas in naues conficerent iubet. Quibus ſtrenue
paratis Samo ſoluit. çephyro flante Rhodũ prę-
ternauigans: uelociſſimo curſu ad inſulas Che-
lidonias delatus eſt. Rhodij quoq; duas triremes
in auxilium mittunt. Erat autem numerus uni-
uerſę claſſis nauiũ octuagintaquinq;. Ex quibus
pontifex decem & nouem miſerat. Regię de-
cem & ſeptem erant: Rhodię duę: Venetę qua-
draginta & ſeptẽ: ĩ qbus Dalmaticę duodecim.

Nõnullę ex Venetis ad munia obeunda ab imperatore eis demandata aberant. Hic imperator inito nauiũ numero ad urbẽ tendit. distabat autem millia passuũ sexaginta : hora erat diei fere decima. Itaqꝫ tota insequẽti nocte, aduerso uento remigando, hora diei tertia ad littus urbi proximũ classem appulit. Hinc Victorem Soprantiũ legatũ cum decẽ nauibus ut portũ oppidi capiat mittit. Stephano Malipetro altero legato cũ reliquis naualibus copijs, a parte continẽtis urbem oppugnare iubet. Equitibus mãdat ut proximũ collem urbi pręsidij causa capiant. Omnes monet, essent memores pristinę uirtutis: pugnaturi contra barbarũ hostẽ, imbellem, atqꝫ imparatũ: ꝓ religione christiana: ac maiestate Veneti imperij: ostendens urbem opulentissimã auro, argento, pręciosaqꝫ supellectili refertam. quam si caperent, diuites domũ esseredituros affirmat. Omnes alacri animo orationem imperatoris accipiunt. Quibus dimissis, ipse cum legato pontificis, ac regio duce in naui se continet : inde si qua necessaria postea forẽt subministraturus. Equites ergo uelocissimo cursu omnia excurrunt. prędam hominũ, ac pecorũ agunt: deinde

ad collem sibi demonstratum se conferunt. Vi-
ctor Soprantius impulsa remis naue/ celeri cur-
su ad portum uenit/ ac primus magno impetu:
ingruentibus undiq; bombardis/ telis/ ac sagittis
cathenā fregit/ atq; portū intrat. Subsequuntur
reliquę naues. Nostri q̃primum turres omnes:
quę circa portum erant/ trucidatis defensoribus
capiunt. Erat extra muros ad portū suburbium
optime ędificatum/ in quo habitabant maxime
mercatores/ exponendarum atq; imponendarū
in naues mercium commodi gratia: qui omnes
uisa classe/ subito malo perterriti/ relictis omni-
bus in urbē confugerant. Erant tabernę/ pipere:
cinnamomo: chariophilo: ture: tapetis: & alia
omnifaria merce plenę. Nostri desilientes e na-
uibus/ mature omnia diripiunt. prędāq; in naues
imponunt. deinde supposito igne/ tecta omnia
concremant. Et quia ob altitudinē murorū urbē
scalis oppugnare nulla spes erat: muros suffode-
re tentant. Rhodius prefectus cū suis militib9 ad
portam urbis accedit: dolabris & securibus por-
tarū claustra frangere ac deijcere aggressus. Inte-
rim oppidani ex opposito portas muro obstruūt

sagittisq; ac alijs missilibus desuper nostros feri-
unt. Saxa maximi ponderis demittunt. Prȩfectus
Rhodiorū dum acriter operi instat: ingenti saxo
ictus, conteritur. quem sui mortuū e uestigio ad
naues referunt. Ignis conflagrātibus tectis, ac im-
pellēte uento nostros perturbat: & ab oppugna-
tione summouet. Interim a parte continētis Ste-
phanus malipetrus urbem corona cinxerat: atq;
ad muros militem admouerat. Erat urbs ab ea
parte duplici muro, ac fossa munita. Nostri au-
tem admotis scalis, interfectis defensoribus, stre-
nue primos muros capiūt. Vbi ad secundos uen-
tum est: scalȩ non dimidiam murorum altitudi-
nem ȩquare potuerant, tunc desperata scalis ex-
pugnatione: trabes undiq; muro apponunt: cra-
tibus desuper iactis contegunt. Quibus paratis:
nostri crates subeunt: ac muros suffodiunt. Ad
portas etiam urbis quȩ occidentē spectant, ligna:
tedam, & aliam aridam materiam coaceruantes
apponunt: & igne supposito claustra lignea por-
tarū cōburunt. At oppidani has quoq; ualidissi-
mo muro muniunt: alij ꝑ muros discurrūt: saxa
& alia pondera ī suffodientes muros deuoluunt:

ſulfur/ ac picem ardentem ad comburendas cra/
tes/ quę noſtros a ſaxis defendebant/ demittunt.
Tum noſtri milites eminus ſagittis/ ac glande
plumbea tormento excuſſa / oppidanos a defen/
ſione murorum deturbare tentant: multos uul/
nerant/ac interficiunt. Oppidani etiam bombar/
dis/& alijs miſſilibus/in noſtros pugnāt. Nō nul/
li ſaucij ex noſtris cadunt: atrox pugna ubiq; cō/
mittitur. Legatus obequitans/inſtat/hortatur/ut
rem ſtrenue gerant obteſtans. Pręfecti quoq; na/
uium omnes/ pro uirili ſua operam nauare ſtu/
dent: & munia ſibi demādata ſtrenue exequun/
tur. Erat in urbe mulier chriſtiana Illyrica natio/
ne/multis annis in ſeruitute uitā degens: quę per
muros diſcurrens/ſicubi noſtros ceſſare/ac remiſ/
ſe rem agere animaduerterat/ increpabat. Quid
ceſſatis uiri? uultis ne urbem opulentiſſimā/ atq;
omni barbara gaça refertā: maleq; munitā/ igna/
uia atq; ſecordia ueſtra relinquere? Iam maximā
partē defenſorū ueſtris armis cōfoſſam eſſe affir/
mo. Quam cū barbarus quidam ſic loquentē au/
diſſet/obiurgare cœpit/ac flagra interminari. Illa
periculi oblita atq; quęcunq; exitū fortuna datu/
ra eſſet/ſecura ueſtē cōponit/ ac ex muro deſilijt:

quam semiuiuam nostri excipiunt. Illa christo animam commendans inter manus nostrorum expirat. Itaq mulier egregia seruitutē/ quā uiua nō potuit moriens effugit. Nostri exanime corpus sepeliunt. Dum a nostris pro gloria ac cupiditate potiundę ciuitatis: ab hostibus pro patria: libertate/ coniugibus/ ac liberis: ubiq acerrime res geritur: nox interueniens pugnam dirimit. Legati ad classem redeunt: relicto ad urbem idoneo pręsidio/ ne quis exire/ aut intrare urbē posset. Principes ad legatorum aduentum coeunt. Legati acta referunt: simul edocent urbem prę alto muro/ ac ualido undiq munitam/ & defensoribus satis instructam esse. Propterea sine bombardis quibus muri prosternerentur/ potiundę urbis nullam spem esse. Et quoniam iam hibernum tempus appropinquabat: & ad uehendas ex Peloponneso bombardas/ multorum dierum erat opus: nec classis absq portu tuto manere poterat. Nam tota ora Pamphylię importuosa est: unicum urbis portū habens/ uix quindecim nauium capacem: Sinusque Pamphylię apertus ac expositus/ maxime quoque uulturno & austro:

qui uenti pręcipue pamphylio mari sęuire solēt. Igitur ex communi sententia decernunt in crastinum obsidionem soluere: & deuastatis omnibus quę extra urbē sunt/inde recedere. Erant autem suburbana magnificis tectis ędificata/& quę frequentibus uillis speciosę urbis faciem pręse ferebant. Horti quoq; erant arboribus pomiferis egregie exculti/ ac fontibus undiq; manantibus irrigui. Nostri itaq; sequenti die/ igne supposito tecta comburunt. arbores ferro succidunt. cuncta ꝓsternendo deuastant. Quibus impigre peractis imperator inde soluens/ intra paucos dies Rhodum uenit. Qui dum Rhodi esset: aduenit Vsunasani regis persarū orator: qui Cardinalem/ ac imperatorē/ & reliquos principes classis adiens: narrat suasionibus ac monitis Katarini Zeni uiri patricij Venetorū oratoris/ regem persarū ad opprimendum Othomanū in expeditione esse: & iam eius duces cū expedita manu/ magna audacia Armeniam minorē Othomano subditam inuasisse: Tocatq; ualidissimam urbem eiusdem regionis: & nō nulla alia oppida cępisse. Deinde affirmat Persas equis uiris satis superq; abundare. Persas quoq; hasta/ ense/ sagittis ad pugnam

idoneos. Ceterū reliqui instrumenti bellici ignaros/ atq̃ expertes esse. Proinde pōtificē romanū: Venetos: atq̃ alios principes christianos se adire uelle dicit: Oraturus uti regē suū tormētis ad expugnādas urbes/ & ad summouēdū eminus hostem necessarijs iuuarēt. Cardinalis/ ac imperator cū reliquis principibus/ oratoris uerba benigne accipiūt: & ad impetranda quę petebat/ bene sperare iubent. Insuper ualidissimā classem uiris/ atq̃ armis optime instructā ostentant: affirmantes ad omnem nutum regi Persarū ubiq̃ pręsto esse futuram. Itaq̃ dimisso oratore/ se ad agendum quoad per tempestates liceret/ pręparant. Est ex parte occidentis oppidi sancti Petri: de quo supra mentionem fecimus/ Termerium Myndiorum promontorium: multa millia passuum ī mare excurrens/ uersus Coum insulam: regio aprica/ uentis omnibus peruia: Vinetis atq̃ oliuetis/ cęterisq̃ arboribus fructiferis optime consita. Frequentibus quoq̃ uicis bene habitata. In qua regione uiri tantum in pręsens per autumni tempora colligendorū fructuum gratia remanserant. Nam propter belli metum/ & excursiones superioribus diebus in propinquis

locis factas: mulieres ac pueros ad mediterranea loca abduxerāt. Ad quas terras delatus imperator/ binis excursionibus ex utroq; latere promōtorij factis/ cuncta depopulat/ prostratis quecūq; igne aut ferro uastari poterant. Hic occisorū hostiū qui resistentes interfecti erāt/ adlata sunt capita centū & trigintaseptē. Cęterū captiuo℞ magnus numerus: qui omnes sub hasta uenditi: & pecunia inde exacta/ facta etiā portione/ pontificijs ac regijs militibus diuidit. Inde soluens imperator cum tota classe/ ad Naxon insulā uenit: Ibi enī onerarię naues pane onustę ex imperatoris iussu classem expectabāt. Et quoniā autumni ultimū tēpus erat: regius dux accepta missione: cū sua classe domū ꝓfecturus recessit. Pontificis legatus cū imperatore nostro anteq̄ hyems ingrueret: aliquod egregiū facinus ędere statuūt. Edoctus enī erat imperator Smyrnam urbē Ionię opulentissimā male munitā esse. Cuius maxima pars murorū ob uetustatē corruerat: quos ciues longa pace usī restituere neglexerant. Et quoniā in longissimo sinu urbs sita est: & a frequenti nauigatione multū recedens/ bellum ne senserat quidē. Ciues eius securi & absq; metu uitam agebant. Igitur imperator Naxo soluens

primū ad Psirā insulā inhabitatā uestigia tantū antiqui oppidi habentē uenit. Inde nocturnis nauigationibus tertia die appetēte luce ad Smyrnā uenit. Cuius pars in monte, maxima autē in plano sita est. Sed montana melius habitata. Tunc nostri mature e nauibus desiliētes, totā urbē corona circūdant. Multi scalis: alij per ruinas murorū (nam ut prędixi pluribus in locis muri interrupti erāt) muros ascendūt: ī urbēq3 desiliūt. At Smyrnei subito & insperato malo oppressi: trepidi quid potissimū agant nesciūt: Alij arma capiūt, & ad ruinas murorū hosti occurrunt, atq3 congrediunt. Sed a nostris & numero & uirtute superati, sine mora trucidāt. Alij tecta ascendentes, tegulis, ac lapidibus nostros infestāt. Mulieres quoq3 pauidę cū adultis uirginibus, ad tēpla quę illi Moscheas uocant, cōcurrūt: passis crinibus aras amplexantes, prophetam suū inuocāt. Multę cū paruis liberis domi se obstruūt. Nostri urbe potiti omnia deprędantes per totā urbem discurrūt. Alij filios e cōplexu matrū abstrahūt: ipsas quoq3 matres capientes. Alij muliebrē turbam de templis extrahūt Machometū inuocantem. reluctantes per crines apprehensas trahūt.

Quędã uidua cũ ĩ monumẽtũ uiri sui incidisset: complexa monumẽtũ/ q̃si uiuũ ad auxiliũ uocabat: subindeq; dicebat. En quos nunq̃ uiuos ulla uis separare potuit/ nũc barbarus hostis diuidet. & cũ nullo modo inde abstrahi posset: miles stricto gladio sponte prębenti ac distendenti collũ caput abscidit/ inquiens. I. nunc & marito tuo te cõsocia. Multi mãcipia spernẽtes: ornamẽta mulierũ preciosa: uestes pictas cuiusq; generis: uasa ęnea Damasceno opere egregie cęlata/ auro/ argentoq; distincta: ac aliã preciosam supellectilẽ diripiunt/ ac distrahũt. Vbiq; gemitus: ubiq; luctus exaudit̃. Tota urbs planctib⁹ atq; ululatibus cõplet̃. Interim quidã effugiens/ pręfecto urbis quẽ illa gens Subassam uocat/ tunc in uilla manenti nũciat/ urbẽ captã ab hostibus atq; direptã esse. At Balabanus (nomen id profecto erat) cõuocata haud parua manu e proximis locis/ equitum/ ac peditũ instructa acie ad urbẽ subsidij ferendi gratia tendit. Tunc nostrę classis magister qui cũ equitibus/ & classiariorũ nõ paruo numero/ extra urbẽ ad resistendũ si qua uis ingrueret paratus stabat: Viso hoste obuiã progredit̃. Et cũ iam prope essent/ hinc inde edito magno clamore: laxatis habenis/ atq; aduersis hastis cõcurrũt.

Subsequũtur pedites: Cruenta pugna cõmittit. Nostri uero milites/qui equitibus mixti erant: a duce edocti/prelongis lanceis hostẽ in faciẽ fe/riebant. Pugnatũ aliquandiu est pari marte. Dũ hostes acrius instant: Petrus frasina uir strenuus & inter equites nostros clarus / Balabanũ hostiũ ducẽ/gutture hasta transfixo/equo deijcit/ ac re/luctanti caput abscidit. Tũc alij alios aggredien/tes prosternũt. Hostes multis obtruncatis in fu/gã uertunt. Deinde fusis ac fugatis hostibus/ ab/scissisq; interfectoꝝ capitibus/uictores leti ad ur/bem redeunt. Tũc nostri maxime expoliatã ur/bem/supposito igne omnia tecta atq; edificia cõ/cremabant. Itaq; urbs antiqua/ uaria fortuna/ ac multis monumẽtis insignis/horarũ spatio in ci/neres collapsa est. Hic uidimus multa antiqua monumenta quadrati lapidis/ ac marmore ma/gnifice edificata. quorũ nõ nulla corruerãt/ que/dam etiã extabãt. Inter que Homeri monumẽtũ cum statua & inscriptione grecis litteris. Ager quoq; urbi circũiectus optime excultus/ac Melo fluuio interfluente irriguus/ frequentibus uillis habitabat. que omnia igne & ferro a nostris pro/strata sunt. Delata sũt interfectorũ hostiũ capita

ducenta & quindecim: Captiuorũ innumerabi-
lis turba. Imperator omni prȩda nauibus impo-
ſita: ad quaſdam inſulas olim habitatas, nũc de-
ſertas: tantum aquis ciſternarum ueterũ abun-
dantes ſe contulit. Ibi expoſiti captiui poſita ha-
ſta omnes uenduntur. reliqua prȩda abſq; ſorte
militi conceſſa eſt. quod etiam imperator in reli-
quis excurſiõibus ſemper ſeruauerat. Itaq; quȩ-
ſtores iam ex conſuetudine pecuniã omnẽ diui-
dunt. Deinde quarta die imperator in Claſome-
niorũ agro copias expoſuit, ad locum qui nũc ca-
put Stilari dicitur. Claſomenȩ oppidum fuit in
fine ſinus Smyrnei poſitũ: Anaxagora ciue ſuo
qui Archalai phyſici: & Euripidis poetȩ prȩce-
ptor fuit clarum. Et quoniã omnes circum adhȩ-
rentium locorũ incolȩ exemplo Smyrneȩ cladis
perterriti ad montana, & mediterranea loca ſe
contulerãt: pauci qui ad cuſtodiã domorum re-
manſerãt, a noſtris intercipiunť. Abducta eſt ta-
men cameloꝝ, ac reliqui pecoris, nõ parua copia
Quibꝰ peractis: imperator quoniã iam hibernũ
tẽpus inſtabat, Peloponneſũ uerſus curſum ſuũ
dirigit. Itaq; ſubſolano flante, cũ legato põtificis
intra paucos dies Methonã delatus eſt. Et cum
iam hibernũ tempus adeſſet: legatus pontificis

romã redire ſtudens: anteq̃ recederet/complexo atq; exoſculato imperatore: Habes inquit clariſſime imperator optimũ teſtẽ uirtutũ tuarũ. Pontifex & cęteri Italię principes / egregia tua geſta audientes/ me referente/obſtupeſcẽt/ & admirabunt᷑. Perge uir magnanime ut cœpiſti: tua enĩ gloria ĩmortalis futura eſt. Imperator etiam maiora q̃ quę ipſe de ſe ſperabat/ pollicitus eſt: modo chriſtiani principes/ Venetos ſuis opibus ad conficiendũ bellũ iuuare uelint. Quibus dictis digrediuntur. Cardinalis Italiam petiturus/ Methona ſoluit. Imperator cum tota claſſe ſe Neapolim muniendę urbis gratia contulit.

Coriolani Cepionis Petri Mocenici imperatoris geſtorũ liber ſecundus.

DVm Impator operi inſtat: Antonius magnę audacię: ac ſtrenuę uirtutis adoleſcens/ natione Siculus: auſus memorabile facinus/ ad eum uenit: Narrat ſe Chalcide a Turcis captũ: ex inde multo tẽpore Calipoli ſeruũ fuiſſe: dumq; ibi degeret/ perſpexiſſe naualia Othomani Calipoli abſq; excubijs incuſtodita manere. Pręterea domum iuxta naualia eſſe magnam: ac omni inſtrumẽto nautico refertã: uelis

funibus/ & ceteris ad instruendā classem neces/
sarijs/ & que possent supra centū triremes opti/
me instruere. Paratū se esse imperatori affirmat
domū illā cum tota classe crematurū/ modo ne/
cessaria ad rem peragendā sibi tribuantur. Opus
sibi esse piscatoria naui/cum sex comitibus/ qua
simulato mercatorio negocio/castella hellespōti
que Dardanellos uocant/penetrare possit. Nam
Othomanus ubi maxime hellespontus coit/duo
munitissima castella ex utraq; parte inuicem op/
posita edificauit. ad que multas bombardas mi/
re magnitudinis constituit. Prefectisq; castellorum
mandauit/ si qua nauis illis inuitis trāsire uellet:
bombardis fractā submergerent. Igitur imperator
collaudato adolescente/ promissis eum onerat: si
ea que animo conceperat exequeretur. Deinde ab
eo quesita mature expedit. Antonius paratis ne/
cessarijs intra paucos dies munitiones hellespōti
simulato mercatore superat: Eadēq; die Calipo/
lim uenit/atq; uenalia poma exponit. Nauiculā
enī bis onerauerat/ut & mercaturā simulare: &
instrumenta rei necessaria tegere posset. Tū ad/
ueniente nocte uigilia secunda ad domū explo/

ratam & ſibi cognitam tendit: fractiſq; forcipe clauſtris/domũ intrat: & pluribus ĩ locis ignem ſupponit. & quoniam inter reliqua picis/ac ſeui magna copia erat: ignis uehemẽti impetu abſq; mora cuncta cõprehendit: flammãq; extra tecta uomere cœpit. Dũ Antonius ad naualia tendit: nauibus etiam ignẽ ſuppoſiturus: Ciues fragore ignis exciti undiq; concurrũt. Antonius turba ac clamore diſcurrentiũ ciuiũ ꝑterritus omiſſis na/ualibus/ad nauiculã propriã cõfugit: atq; belleſ/pontum traijcere ſtudet. Iam ulteriori littori ap/propinquabat: cũ ignis temere per nauiculã ia/ctus/ puluerẽ ſulfureũ cõprehendens/ nauiculã exurere cœpit. Antonius ſubmerſa nauicula cũ comitibus in terrã deſilijt: & in proxima ſilua ſe abſcondit. Interim domus cũ omnibus quę in ea erant/tota cõburitur. Sequenti die Subaſſa urbis cũcta perſcrutari iubet ſi quo pacto incendij au/ctorẽ inuenire poſſet: pręmia magna indicibus proponens. Cum ergo ſcrutatores primũ poma fluitantia: deinde nauiculam ſubmerſam offen/diſſent: animaduertunt mercatorem illũ heſter/nũ poma uendentẽ/ tale facinus patraſſe. Igitur

armati ad perſequendũ Antoniũ mittunt: qui prodentibus eum ueſtigijs, quoniã ꝑ arenoſam humũ iter fecerat, confeſtim ad ſiluam tendunt. Et iam ad latebras Antonij prope uentũ erat, cũ Rado magni animi adoleſcens, manu promptus natione Dalmata, Butuani oppidi accola, unus ex comitibus Antonij, ſtrenue mori cupiens: ſtricto enſe in hoſtes irruit: atq; duobus obtruncatis: ipſe telis, ac lapidibus undiq; obrutus occiditur. Antonius cũ reliquis comitibus uiuus capitur: uinctuſq; ad Subaſſam perducit. Subaſſa uero tanti facinoris patratorẽ interficere non ſui officij eſſe ratus: Antoniũ & comites ad Othomanũ principẽ ſuum miſit. Quem coram ſe adductũ Othomanus interrogat: qua ſua iniuria: quo ue hoſtium beneficio, in ſe tantum facinus cõmittere auſus erat. Tum Antonius intrepidus Quaſi uero neſcias te omnes bonos cõmunẽ peſtem omniũ gentiũ iure ꝑſequi debere. Tu enĩ omnes principes tibi cõterminos nulla data occaſione patrijs regnis expoliaſti. Tu perfide nulli deditorũ fidẽ ſeruaſti. Tu tuorũ ſanguine nunq̃ ſatur fuiſti. Tu deniq; chriſtianum nomen: quę gens ſola ueri dei cultrix eſt, extinguere conaris.

Quapropter fateor egregiū facinus ausus sum: & utinam mihi in caput tuū idem liceret. Othomanus admirata adolescentis audacia/ abductū cum comitibus interfici iussit. qui e uestigio per medium secti sunt. Itaq; egregius adolescens supra conditionē suā ausus occubuit. Senatus Venetus ob Antonij merita/ quę ei non potuit: fratri puero: & sorori uirgini tribuit. Nam & fratri salariū annuū: & sorori dos ex publico data est. Interim dum imperator ad muniendam urbem Neapolin hiberno tempore studet: & ut naues reficerent operam dat: nuncius quidā cū litteris regis Persarū ad imperatorē uenit: eadē quę & superior eius orator afferens. Quem cū audisset: triremi impositū Venetias misit. Veneti & oratoribus regis: & litteris Katarini Zeni sui apud regē oratoris moti/ magnū numerū tormentorū cuiusq; generis parant. Vasa etiam ex auro & argento conuiualia/ parisini operis/ egregie cęlata: multum panni lanei tenuissimi: multum serici uermiculo tincti/ auroq; intexti/ ad regium usum/ omnia regi Persarum dono daturi. Pręterea centum iuuenes/ qui tormenta exercerent deligunt. hisq; pręficiūt Thomā ex Imola oppido flaminię: quod olim forū Cornelij dicebat.

Preterea ad hec regi deferēda oratorē designāt: uirū patriciū Iosephū barbarū, etate grauem, & lingue persice haud ignarū. Tum omnia parata in tres naues magnas imponunt. que & si remis agunt, onerarie potius, q̄ actuarie dicende sunt. Habent enī Veneti huius generis naues multas quas mercature exercende gratia ad omnes prouincias quotannis mittere solēt. Quibus paratis: orator Venetijs soluit, ac Cyprum uenit, ut inde cōmode cum Vsunasanus ad maritima Cilicie aut Syrie uenisset, dona ei offerret. Fama enī erat estate noua regē ad ea loca uenturū esse. Deinde ex Senatus decreto imperatori mādatū est, ut ad omnia Vsunasani mandata semper paratus sit. queq; maxīe cordi regis esse existimaret, omissis ceteris ageret. Othoman⁹ quoq; nō solū fama excitus: sed p exploratores de magnitudine copiarū, ac de aduentu regis Persaꝝ plane edoctus ultra nō esse sibi cessandū ratus, bello se p̄parare, ac hosti occurrere statuit. Itaq; preter cōsuetas copias p omnes prouincias ditionis sue, ut queq; septē familie singulos armatos mitterent, imperat. Insuper ab omnibus socijs, ac fœderatis principib⁹ magnū numerū equitū, ac peditū euocat:

multos mercenarios milites omnium nationum
cōducit . Pręter hęc multa millia curruū ad mu-
nienda caſtra parat/ſingulis curribus binas bom-
bardas imponens. Tormentorum quoq; omniū
generū incredibilem copiam/ atq; hominū qui
tormēta exercere uſi erant/ magnū numerū pa-
rat. Quibus expeditis omnes copias de Thracia
in Aſiam traiecit . Ipſe etiā munito Biçantio/ ac
ualido pręſidio ad urbem cum minore filio reli-
cto: exercitum ad occurrendū hoſti ſubſequit̃ .
Huic enī urbi maxime timebat . Verebat̃ enim
ne ſi Venetorū claſſis munitionē fauciū belleſ-
ponti ſuperaſſet/expugnata urbe potiret̃. Impe-
rator noſter/quoniā acceperat Caramanos/regis
Perſarum ſocios atq; amicos / quos Othomanus
paterno regno ſpoliauerat/Cilicię maritima op-
pida obſidere : Audierat etiam maiorē fratrē ex
Caramanis inter raros amicos Vſunaſani eſſe :
regi placere cupiens/ fratribus regnū Cilicię re-
cuperare ſtatuit. Itaq; omiſſis cęteris ubi forſitan
res melius geri potuiſſet: Venetiſq; magis con-
duceret: uerno iam tempore refectis nauibus/ &
inſtructa claſſe: equitibus quoq; aſſumptis/Cili-
ciam uerſus nauigat: ac Rhodū ueniens/ a Rho-
dijs duas naues accepit. Inde ſoluens/ Cyprum

ad regẽ amicũ ac fœderatũ diuertit. Rex quoq;
Cyprius quattuor triremes cũ duce Zamperio:
imperatori dedit. Imperator cum tota classe Cy-
pro soluit: deinde ad Ciliciȩ littora, Seleuciȩ
proxima uenit: ubi tunc Caramanus obsidendȩ
Seleuciȩ gratia, castra habebat: In portũq; sancti
Theodori nũc appellatũ cũ sua classe se cõtulit.
In hoc loco olim Veneris oppidũ fuit, propter
opportunitatẽ loci frequens piratarũ habitatio:
Nũc etiã fanũ Veneris extra oppidi ruinas ĩ lit-
tore maris extat, mirȩ magnitudinis, quadrato
lapide egregie ȩdificatũ. Hic Cassambeg minor
ex Caramanis fratribus (Piramet autẽ alter Ci-
licum regulus ĩ exercitu regis Persarũ erat) ora-
tores ad imperatorem mittit: qui uenientes ad-
uentũ imperatoris gratulantur. Addunt etiam
Caramanos semper ob paternam amicitiam cũ
Venetis ĩ eorũ uiribus maximã spem habuisse.
Tum narrant, iam quartũ esse mensem ex quo
tria oppida Ciliciȩ princeps eorũ obsideret: Si-
chinum: Seleuciam: & Coricum: quȩ si cepis-
set, toto regno esse potiturum affirmant. & quo-
niam uiris idoneis, & tormẽtis ad expugnandas
urbes opportunis indigebat: orant uti regi socio

& Venetorũ amico/suis armis paternũ regnũ ab Othomano per iniuriam occupatum recuperet. Tum imperator oratores bene sperare iubens/ a se dimittit. Deinde Victorem Soprantiũ legatũ suum ad Caramanum ire iubet. Cui mandat uti de statu rerum edoctus/quid potissimũ agendũ sit/cum eo agat. Victor equo ad Caramanũ mature se confert: salutatoq; regulo/ Ab imperatore inquit missus uenio/ut tibi referrem & ob patris tui/ & ob regis Persarum/ cui nunc fœderati sumus amicitiam/se cũ ualidissima classe in subsidium tibi uenisse. Quapropter a te doceri uult quo ĩ statu res sint: quid ue primũ agendũ sit: ut ex cõmuni cõsilio/ quid potissimũ in re sit agat. Tunc Assambeg imperatori gratias agens/ inquit. Nunq̃ me spes de Senatu Veneto falsum habuit: nũc etiã re ipsa perspicio/ Venetos prę ter cęteras nationes/ amicos/ & fœderatos in calamitate positos suis opibus iuuare. Cęterum cũ plures menses sint/ex quo hęc oppida Cilicię frustra obsideo: quia nec milites strenuos/ nec machinas ad ea oppugnanda necessarias habeo: Nam totus meus exercitus exceptis paucis prętorianis/ex gregarijs militibus collectus est: gente magis agris colendis/ q̃ bellis gerendis assueta

Vestra mihi ope qui & militibus exercitatis / & tormentis ad expugnandas urbes idoneis abun/datis opus esse uideo. Deinde narrat tria oppida a se obsideri / quorum duo Othomani prefecti tenent: Tertiũ uero Mustapha quidam Cilix: homo perfidus per iniuriã occupatũ habet: qui olim ex intimis amicis eius fuerat: nunc fortu/nam sequens Othomano adheret. Propterea ni/hil magis ex re esse affirmat: q̃ Sichinũ in quod Mustapha se cõtulerat / expugnare. quo oppres/so / eius exemplo omnes Cilices in fide mansu/ros esse dicit. Soprantius accepta Caramani sen/tentia / ad imperatorem rediit. Que cum Cara/mano agitasset refert. Igitur imperator Coriola/num Cepionem Traguritanum / triremis prefe/ctum / ad perspiciendum oppidi situm / ac muni/tiones mittit: ut exploratis omnibus sibi cuncta referat. Itaq; Coriolanus omnibus perspectis / ad imperatorem redit: narratq; oppidũ a mari duo millia passuum distare / situm in monte arduo & excelso / a parte etiam orientis prerupto. Ceterũ tenui muro / nec pinnis distincto circundatum. Oppidanoꝝ quoq; turbã imbellem. Oppidũ er/go situ munitũ: opere / & defensoribus inualidũ

esse. Quapropter uel expugnatione oppido potiri: uel ad deditionē hostem adduci posse affirmat. Quibus acceptis/ imperator Lodouicū lombardum Venetum/ nauis prȩfectum/ Coricū cū decē nauibus misit. Cui mandat/ dū ipse oppugnationi Sichini instaret: ille obseruet/ ne quis maritimo aditu cibaria oppidanis afferat: Nam a continenti Caramani milites Coricū obsidebant. Deinde imperator cū reliqua classe ad Sichinū se recepit: Copias omnes exponit: ac magistro classis mandat/ uti tumultuario apparatu oppidum aggrediatur: Experiaturq; an absq; bombardarū usu oppidum capere posset. Itaq; magister cū omnibus classiatijs ad oppidū tendit: muros corona circundat: Scalis/ cratibus/ & alijs ad oppugnationē necessarijs muros subeūt. Prȩfecti nauium unusquisq; cum militibus suȩ nauis oppugnationi instat. At oppidani saxa in subeuntes deuoluūt. quȩ per prona montis ruentia/ nostros obterunt: Tela desuper ingerētes a muris summouent. Oppidani quoniam neq; pinnis/ neq; tabulatis tecti pugnabant/ ad omnes ictus erant expositi. Itaq; a nostris sagittis & alijs missilib⁹ tormētis excussis multi uulnerati

occiduntur. Tunc magister cum neq̃ scalis/ neq̃ alio apparatu absq̃ murorum deiectione oppi/dū capere posse aduertisset: receptui signo dato ab oppugnatione destitit. Nam & muri pręalti: & aditus ad muros per pręrupta saxa/ ac decliuas semitas oppugnationem difficilem pręebant. Oppidani (tametsi multi ex eis ceciderant) q̃si uictores elato animo iactabant. Ite Veneti mari & piscibus dominamini: Imperium continentis & urbiū Othomano relinquite. Magister ergo imperatori refert/ nihil se absq̃ bombardis pro/ficere posse: Si oppido potiri uult/ bombardarū ministerio opus esse affirmat. Imperator sequēti die caduceatorē ad Mustapham mittit/ ut ei re/ferat/ quatenus fidem potius/ q̃ arma Venetum experiri uelit. & nisi oppidum dedat: omnia ex/trema esse passurum. Mustapha uero respondit Venetorum arma iam expertum esse: se & situ loci/ & munitionibus inexpugnabilem scire. nec longam obsidionem timere/ quoniā re frumen/taria abundaret: ꝓpterea nec oppido cedere uel/le: nec fidei se cuiusq̃ credere affirmat. Impera/tor accepto Mustaphę responso/ equū ascendit: simul cum legatis inter ingruentes ex oppido

ſagittas/ & alia miſſilia oppidũ circumequitat: omnia diligenti ęſtimatione luſtrans. Tũ demũ aduertit a ſeptentrionali parte muros nõ multũ ualidos: & montẽ minus decliuũ atq; arduũ eſſe. facilemq; aditũ ex ea parte oppugnatoribus proſtratis muris ad oppidũ fore. Igit̃ duas bombardas ex oppoſito a parte boreę locare atq; aptare iubet. Muſtapha cum aduertiſſet ingentes machinas trahi: cęteraq; omnia ad ſe expugnandũ parari: inſperato malo perterritus uirum grauẽ ex ſuis ſibi intimũ ad imperatorẽ miſit: uti ſibi ſuiſq; omnibus/ incolumitatẽ: liberãq; facultatẽ abeundi cũ omnib⁹ ſuis rebus quo uelit paciſcatur: Oppidũ imperatori dedat. Imperator data publica fide: Muſtapha quo uelit libere abire pmiſſo: oppidũ p deditionẽ acceptũ: e ueſtigio Hiſupho Caramani pręfecto qui aderat tradidit. Quibus peractis/ cũ omnibus copijs/ Coricũ uerſus nauigat. Internauigandũ autem Zancius a rege Ferdinando claſſi dux cõſtitutus/ cũ decẽ triremibus uenit. Coricus a duabus partibus mari alluitur/ tertia a cõtinenti profundiſſima foſſa munit̃. duplici ac ualido muro undiq; circũdat̃.

Portum habet a parte fauonij/ quem intraturis non procul a muris oppidi transeundum est. Ex aduerso a parte austri/ trecentos passus ab oppido distans/ insula Eleusia adiacet: quam totam occupat antiquũ ędificium albo/ac quadrato lapide magnifice constructum. Hęc quondam regia Archesilai fuit. Oppidani multas bombardas & alia tormenta p eam partẽ muri/quę portui opposita est/ disponunt. prohibere his posse rati ne quis portum illis inuitis intrare possit. Imperator oppido adnauigans omnia prius circũspicit: deinde sublimis ac eminens in puppi: cursum manu magistro ostendit/ qui inter frequentes bombardas/ & ingruentia tela/ primus portum subijt. Subsequitur regius dux: deinde legati/ac tota classis. Imperator expositis copijs ad prefectũ mittit:qui eum monerent/ ut oppidum dedat:quod nisi dediderit:quicquid uictoribus ĩ uictos licet esse passurũ. Mos est Turcoꝝ principũ a ducibus qui in alienas prouincias excursiones faciunt:de omnibus captiuis quintam partem accipere. Maxime uero eligere solent a decimo ad sextumdecimum annum adolescentulos. Si captiui desunt/ per omnes regiones sui

imperij, christianorum filios inuitis patribus accipiunt: quos a religione christiana, & ueri dei cultura ad superstitionem machometanam traductos, preceptoribus instruendos distribuunt: a quibus omnibus artibus militaribus instruuntur. Qui adulti cum principe militant: hos Ianiçaros uocant. Si qui genere aut ingenio prestant: illos ad maiorem dignitatem prouehunt. Ex his duces exercituū: Subassas regionum: prefectos oppidorum, ac arciū creant: Cetera turba partim ad presidia oppidorum: partim ad custodiam corporis principum manet: eosq; in bellū & in prelium, uel quocunq; ierint sequunt. Hec cohors totius Othomani exercitus robur ac pene inuicta manus est. Nam omnes uictorias & iste princeps, & eius maiores, horū armis ac uirtute consecuti sunt. Ex hac igitur cohorte erat oppidi prefectus, natione illyricus, nomine Hismail, ex inferiori Pannonia, inter Ianiçaros ab ipsa pueritia educatus: cui Othomanus dederat ad oppidi presidium milites centū, & quinquaginta. Hismail respondit non se esse Mustapham Cilicem cum pastoribus atq; agricolis uili turba ad presidium oppidi missum: sed ex pretoriana cohorte

prefectum/cum Ianiçaris uiris strenuis: ab adole-
scentia in puluere uulneribus & sanguine uersa-
tis/ qui omnia extrema pati ꝓ fide parati essent.
Imperator accepto Hismaelis responso/ oppidũ
circumambulat/ locum idoneum bombardis ca-
ptans. Itaq; omnibus perspectis/ duas bombardas
magnas/ & ad ꝓsternẽdos muros idoneas a parte
occidentis: tertiam ad insulam oppido ab austro
oppositã ponere ac aptare statuit. Magister clas-
sis iussu imperatoris ad extrahẽdas bombardas:
& ad reliqua ad earũ opus necessaria toto studio
incumbit. Opus est enĩ bombardas ualido opere
munire/ ut operi instantes/ machinasq; regen-
tes/ tuti/ ac ab hostiũ tormentis tecti/ opus suum
exercere possint. Igitur in trahendis atq; aptan-
dis machinis/ cçteroq; apparatu faciendo/ aliquot
transiere dies: per quos nostri oppidanos laces-
sere: & sagittis alijsq; missilibus infestare nõ ces-
sarũt. Oppidani quoq; suis bombardis ac telis ab
opere nostros propellere/ & deturbare studebãt.
Itaq; nõ nulli ex nostris: multi ex oppidanis uul-
nerati cadunt. Et iam parata erant omnia ad de-
struẽdos muros. Illa etiã bombarda quç ex insula

missa muros quatiebat: iam non paruam partem primi muri disiecerat. Cū Hismael uidens a parte austri partem murorū prostratam/ ex alia parte prope muros oppidi duas bombardas magnas appositas/ atq; opere munitas: metu perterritus sibi & comitibus incolumitatē paciscit: Oppidū imperatori tradit. Imperator acceptū per deditionem oppidū cū omni instrumento bellico quod in oppido erat Caramano dedit. Hismaelē & comites ex pacto a nostris nauibus in Syriā deuehi iubet. Ipse deinde ad littora Seleucię proxima se cōtulit. Seleucia urbs antiqua fuit a Seleuco uno ex successoribus Alexandri ędificata/ qnq; millia passuū a mari recedens. Fuit autē ciuitas ampla: egregijs uicis/ ac alijs multis monumētis olim clara: quā pterfluebat Calicadnus amnis subiectos cāpos qui lati sunt irrigans. Extant adhuc multa uestigia ędificiorū pręcipue iuxta ripā fluminis. Hic uidim9 pręter ruinas tēplorū & amphitheatri/ porticū quadratā: cuius maxima pars pręter tectū integra erat: colūnis/ ac signis/ & omni statuario opere ornatissima: quā intuens ingemui:

opus egregium/ magneq; impensę/ barbarorum incuria concidisse. Oppidũ autẽ quod nũc extat: arx tantum huius urbis fuit: situmq; est in monte excelso / ac undiq; decliuo : ualidissimo muro antiqui operis / & fossa munitum. Huic pręerat Hesibegus genere grecus/ ducẽtos Ianiçaros sub se habens. Imperator magistrum classis ut situm oppidi ac munitiones exploret mittit : simul ut Hesibegum moneat/ oppidum per iniuriam ab Othomano occupatum/ Caramanis auito & paterno iure debitũ restituat. Igitur magister mature se ad oppidũ cõferens/ cuncta diligenti ęstimatione primũ circũspicit : deinde euocato Hesibego inquit. Scis ne Seleuciam Sichino/aut Corico munitiorẽ : nec te Mustapha uiro genere & uirtute nobili meliorem. Nec Hismaele uiribus & rerum usu strenuo fortiorem esse : qui potius clęmentiam q̃ uires imperatoris nostri experiri maluerunt. Quorum exemplo/ tu quoq; oppidũ ad quos hęreditario & proprio iure spectat restituere debes. quod nisi nunc feceris dum res ĩ integro sunt : ubi imperator bombardas / & cętera tormenta ad oppidũ admouerit: cunctaq; oppu-

gnationi neceſſaria parauerit / nulla ſpes conſe/
quendę uenię ab eo tibi relinquetur. Tum He/
ſibegus / uiros fortes exempla ſequi non debere.
Vnicuiq; a natura ſuum ingenium datū eſſe re/
ſpondit. Seq; principi ſuo in fide manſurū affir/
mat. Magiſter accepto pręfecti reſponſo / ad im/
peratorē rediјt. Cui refert oppidū ſitu & opere
munitiſſimū eſſe: Pręfectum oratione a ſe ad de/
ditionē adduci non potuiſſe. Tū ſi oppido potiri
uult / opus uiribus non uerbis eſſe. Imperator co/
gnita Heſibegi ſentētia / magiſtro mandat ut op/
pugnationi ſe pręparet. Magiſter accepto man/
dato / toto pectore ad exequēda imperatoris iuſſa
incumbit. Locum caſtris iuxta oppidū expedire:
uiamq; ad trahendas machinas pręparare iubet.
Heſibegus cū ex oppido hęc fieri uidiſſet: ueri/
tus opinor ſi imperator ad ulteriora proceſſiſſet:
poſtea locum uenię ſibi non futurum / ad impe/
ratorem unū ex ſuis mittit cū his uerbis: Inuicte
imperator / clęmentiā tuā in aliјs expertus: me &
oppidū tibi trado: maloq; tuam / q̃ Caramani fi/
dem experiri. Proinde mitte aliquē ex tuis uirū
idoneum: qui oppidum in deditionem accipiat.

Tum imperator collaudato pręfecti cõsilio: Victorem Soprantium legatum suũ ad hoc munus exequendũ mittit. Victor e uestigio se ad oppidum confert. Tunc oppidum a pręfecto per deditionem accipiens: Caramano (nam & ipse aderat (tradidit. Hesibegum quoq; cũ eius cohorte: opera & suasione legati, Caramanus ad militandum secum mercede conduxit. Deinde Caramanus aduertẽs opera ac uirtute imperatoris nostri regnum sibi recuperatum esse: equũ sella argentea, & faleris bullatis ornatũ: Pardumq; mansuetũ imperatori ob rem bene & prospere gestã dono misit: simul gratias ei agit, q nullis suis pręcedentibus meritis, uiribus & uirtute propria regnum sibi recuperasset. Dũ hęc ĩ Cilicia agunt: de regis persarum exercitu, ac Othomani expeditionibus propter locorũ distantiam, nihil ueri pręter uanos rumores afferebat. Imperator ergo cum in Cilicia Trachea nihil quod agi posset reliquũ esset (Nã omnis Cilicia maritima usq; ad Taurum montem, in Caramani ditionem uenerat) ne tempus amitteret: Lyciam) quoniam ea regio adhuc intacta erat) petere statuit. Cęterum

quia regem Cyprium, ex fluxu uentris aduersa ualitudine laborare audierat, ad eum uisendum diuertit: quem graui ualitudine oppressũ offendit: Solatusq; eum, ad patientiam morbi hortatus est. Tum rex, Vides inquit clarissime imperator me ex afflictione grauissimi morbi ad extremũ uitę esse perductum. Vitalem enim spiritũ me deficere sentio: Igitur uxorem meam grauidam cũ posthumo heredẽ instituo. Ea est filia Marci Cornerij cõciuis tui, quã Senatus Venetus ĩ filiã adoptans, mihi in matrimoniũ dedit. Ergo si fata me abstrahent, uxorẽ & regnũ Senatui Veneto cõmẽdo. Te uero ꝑ amicitiã nostrã: perq; maiestatẽ imperij Veneti, rogo atq; obtestor: si mors me occupauerit, hęredes meos, & regnũ ab iniuria defende. Imperator de ualitudine regẽ bene sperare iubet: nã & ętate integra: & corpore robusto facile morbũ superaturꝫ affirmat. Tũ si (ut est uita mortaliũ incerta) diẽ suũ obierit: pollicetur & Venetũ Senatũ: & se cuius ipse imperator erat, eius hęredibus ad defensionẽ regni in omni discrimine nunq̃ defuturũ. Itaq; cõfirmato regis animo, ab eo digreditur. Inde celeri nauigatione

ad insulas Lycię adiacentes cũ tota classe uenit. Cum autem accepisset in ea regione esse oppidũ opulẽtissimũ Mycra appellatũ nõ multũ a mari recedens: ad id oppugnandum animũ intendit. Oppidum situm est in monte arduo & excelso: qui in medio conuallis mari adiacentis: & undiq; montibus circundatę assurgit. Extra conuallem sunt campi feracissimi/ ac Lorymo flumine irrigui/ Propterea frequentibus uicis habitati. Igitur imperator summo mane cũ classe ad littus extra conuallem applicuit. Equites & classiariã turbã exposuit: qui citatissimo cursu ꝑ omnes campos discurrunt. Vicos expoliant/ atq; depopulantur: Ingentem prędam hominum/ & aliarum rerum agunt. Quibus peractis/ in portum oppido proximũ totam classem reduxit: omnesq; copias exposuit. Erat ad pręsidium oppidi Charagus tribalus/ cum centũ & quinquaginta Ianiçaris. quẽ Imperator misso caduceatore/ monet/ quatenus oppidũ dedat: nec expectare uelit ut ꝓstratis muris/ capto oppido/ ipse uinctus suoꝝ ludibria spectet. Tũc Charagus respõdit: Tali se genere ortũ/ ut omnia extrema pati/ q̃ fidẽ maculare malit.

Se autem & ſitu/ & muris/ & defenſoribus inex/
pugnabilem fore. Oppidumq; ſuę fidei creditū
nulli q̃ principi ſuo a quo illud acceperat/ trade/
re uelle affirmat. Imperator accepto pręfecti re/
ſponſo oppugnationi ſe pręparat. & quoniam
unicus aditus equiti: & hic quoq; perangustus
iuxta littus maris ad conuallem erat (nam cętera
omnia perpetuus mons in theatri formam clau/
debat) uallo locum ac foſſa munire iubet. pręſi/
dium ad obſeruandū aditum imponit/ ne ſi po/
tens hoſtis aduenîſſet/ noſtros ab oppugnatione
deturbare: & oppidanis ſubſidium ferre poſſet.
Deinde captato loco tres bombardas magnas a
parte occidentis oppidi: quartā ab auſtro locat.
Oppidū circumobſidere/ ne quis intrare aut exi/
re poſſit mandat. Tūc impigre omnibus quę ad
exercendas machinas opportuna erant paratis:
bombardarum crebris ictibus/ muros quatiendo
proſternere ac deijcere incipiunt. Milites quoq;
interim aditum ad oppidū tentantes/ oppidanos
laceſſunt. Qui dum noſtros propellere ſtudent:
detecti/ eminus a noſtris ſagittis uulnerāt. & op/
pidani noſtros circunquaq; / & pręcipue machi/
narū operi inſtantes/ miſſilibus omniū generū

deturbare/ac ferire nō cessant. Interim Aiasbe-
gus Subassa illius regionis/ collecta haud parua
manu equitū/ ad oppidū subsidij ferendi gratia
tendit. Tum nostri equites ubi acceperūt hostē
aduentare/mature arma capiūt: equos frenant:
ac conscendunt. Composito ac quadrato agmi-
ne hosti occursuri progrediunť. Et cum iam ad
conspectum uenissent: hinc inde subditis calca-
ribus citato cursu concurrūt. Nostri primo con-
gressu multos hostiū equis deijciūt. Aiasbegus
a Petro Bosichio prefecto nostrorum equitum
hasta cōfossus occiditur. Ceteri absq; mora om-
nes in fugam uertuntur. Multi hostium occisi:
nōnulli uiui capti sunt. Reliqui proximis siluis
ac paludibus se tutati sunt. At nostri uictoria leti
ad impatorē redeunt. Interfectorū hostiū centū
quindecim capita afferūt. uiuos sexagintaquat-
tuor adducunt. Imperator hostium capita hastis
affixa ad prospectū oppidanoꝝ opponi iubet. Et
iam due turres oppidi bombardis deiecte erant:
Murus etiam qui intra turres erat/corruerat. Cū
Charagus aduertens suos qui suppetias oppido
ferebant fusos ac fugatos: nullamq; spem presi-
dij sibi iam reliquam esse/ & murorū partē pro-
stratam: Ciuibus etiam maxime ad deditionem

hortantibus/ nõ esse amplius expectandũ ratus: ad imperatorẽ misit: omnia pręter libera capita cum oppido imperatori tradens. Igit͛ imperator accepto oppido: Charagum cum oppidanorum turba abire quo uellet permisit. Pręda militi cõ/cessa est. Oppidũ igne succensũ / ac solo ęquatũ. Erãt suburbana ꝓpter forũ mercatoriũ late fre/quẽtibus tectis habitata. Horti quoq; ob irriguũ solũ egregie exculti. quę omnia igni ferroq; de/uastata sũt. Quibus peractis/imperator inde sol/uens/Fiscũ uenit. Fiscus olim lycię oppidũ fuit: Rhodiorũ ciuitati e regione sitũ: Cuius nũc uix uestigia extant. Ager tamẽ uicis habitatur: quos omnes nostri depredati sũt. Impator ad maiora tendens/bellesponti munitiões superare statuit: aliqua graui iactura hostẽ afficere cupiens. Qua/ꝓpter prefectos nauiũ ad se uocat: quibus cõsiliũ suũ aperit. Tũ uti naues paratas & instructas ha/beant iubet. Dũ impator ĩ his occupatus est: ue/nerunt ad eũ duo oratores missi a Karola Cypri regis sorore/quę iam multis annis regno a fratre expulsa Rhodi morabat͛. Hęc nupta est Lodoui/co ducis Allobrogũ filio uiro ignauo/ qui relicta uxore domi/inter cõcubinas luxuriose uitã degit

Oratores imperatori referunt regẽ Cypriũ mor-
tuum esse : a quo Karola hęreditario regno per
iniuriam expoliata erat. Proinde orant impera-
torẽ uti amici olim regis Cyprij filiã / & fœdera-
ti Venetorũ Allobrogũ ducis nurũ suis opibus
ad recuperandum hęreditarium regnum iuuare
uelit : asserentes Karolam ex legitima uxore : fra-
trem ex concubina natum esse. Tunc imperator
respondit / Iacobũ regem Cypriũ / sociũ & fœde-
ratũ Venetorũ / regnũ legitime possedisse : Non
enim legum formulis / aut litium contestatione :
sed armis atq; uirtute regna ĩ ius principum ce-
dere : Regnũ autem non tantum sorori / uerum etiã
Genuensibus / qui multo tempore meliorẽ par-
tem insulę per tyrannidẽ occupatã tenebãt : pro-
pria uirtute recuperasse / ac iure possedisse affir-
mat. Nunc reginã p adoptionẽ Senatus Veneti
filiã cũ posthumo (quoniã grauida erat) regni
hęredẽ relictã esse : quã & Senatũ Venetũ / & se
cõtra omnes reginę aut regno iniuriã inferre uo
lentes defensurũ affirmat. Oratores accepto re-
sponso tristes recedũt. Iam imperator instructis
omnibus / bellespontũ uersus nauigare parabat :
cũ reddunt ei litterę a Katarino Zeno oratore :

quibus certior fit regis persarum exercitum: & Othomani turcorum principis non multũ inter se distare. & ad paucos dies collatis signis prçliũ inire/ & armis rem decernere uelle. Prçterea orator imperatorem monebat/ ut q̃primũ ad Ciliciã se cũ tota classe cõferret: Affirmans propediem Vsunasanum illuc uenturũ esse: cum eo de statu totius belli acturũ. Igitur imperator mutata uelificatione Ciliciam uersus nauigationem dirigit. Et cum equites pabulo equorũ indigerent: imperator omnes copias ĩ agro olim Myreneorum exposuit. Myra fuit ciuitas lyciç una ex sex ciuitatibus quç inter reliquas lyciç urbes magnitudine: & auctoritate prçstabant. nũc euersç multa uestigia extant: precipue monumenta mortuorꝫ in uiuo saxo cauata: quç columnis & alijs signis ex eodem saxo incisis atq; insculptis ornata sunt. Nostri discurrentes paucos homines/ qui custodiç causa ĩ uicis remanserãt/ capiunt: Nam cçteri metu perterriti/ ad inuia saxa/ & rupes montiũ se receperant. Hordei autẽ atq; tritici magnã copiã afferunt. Igit̃ imperator imposito in naues hordeo quod ad multos dies equis sufficere poterat: inde soluens Cyprum diuertit. Cum ad urbem

Famaugustę uenisset: reginam adijt/ quę recenti funere regis ī mœrore posita/ ac graui dolore afflicta lugebat. Igitur imperator multa exempla humanę fragilitatis/ uarięq; fortunę instabilitatē referens/ reginam solatur. Tum ei operam suam quãdocũq; ea indigeret/ amplissimis uerbis pollicet. Regina tametsi insanabili uulnere afflicta: & prę tristicia manantibus lachrymis/ uix uultũ attollere: uix uerba proferre poterat. tamē leuatis oculis gratias imperatori agit: se/ & regnũ supplici oratione ei commendans. Imperator leuato aliquantulũ animo reginę/ eam relinquens Ciliciam adnauigat: Vsunasanum ibi expectaturus. Dũq; in portu Corici cũ classe esset/ uenit ad eũ Lodouicus laoridan⁹ pontificię nauis pręfectus. Nã pontifex maximus legatũ miserat Laurētiũ Zanum archiepiscopũ Spalatensem cũ decem triremibus/ qui Rhodũ ueniens/ ultra progredi noluit/ nisi prius de aduentu suo/ quidq; in animo sibi esset imperatorē moneret. Igitur Lodouicus imperatori refert archiepiscopum legatũ a pontifice missum Rhodũ aduenisse. eumq; scire uelle an aliquod egregiũ facinus gesturus esset: se quoq; socium (si id in animo est) uenturum

polliceri. Tunc imperator respondit. Ego & superiori anno & presenti multa bene & prospere gessi: que etsi ꝑ magnitudine animi eius, legato forsitan parua uidentur: hosti tamen grauia, & christianis principibꝰ magnifica, atq; egregia uisa sunt. & nisi omnibus nota essent possem referre que ab bellesponto ad Syriã mari adiacentia nostris armis, nostraq; uirtute prostrata ac deuicta sũt: nũc quoq; nõ ad minora toto animo incumbimus. Legati autẽ aduentus in manu ipsius est. tamẽ si uenerit, & ob reuerentiã Pontificis, quẽ ego sũme ueneror: & propter ipsius legati personam, qui in agro piceno diu in armis uersatus: belli haud ignarus est, nobis gratum erit. Lodouicus accepto responso, ad legatum reuertit. Imperator cũ iam multos dies circum littora Cilicie moram traxisset: nihilq; de progressu regis persarũ afferretur: tandem reddũtur ei littere a Katarino Zeno, in qbus cõtinebat regis persarũ copias cum turcis bis conflixisse. Othomanus duos magistratus sũmos habet. unũ Bassan Anatolie: alterũ Romanee appellat. Ille omnibus prouincijs asie: hic europe Othomano subditis preest. Horum & in administratione imperij consilio:



& in bello gerendo opera maxime utitur. In pri-
mo prælio filius regis cũ triginta millibus equitũ
Bassa uero romaneę cũ quadraginta millibus cõ-
gressi fuerant. Et quoniã equites persarũ & uiris
& equis turcis multũ pręstant: Turci ne primũ
quidem congressum persarũ sustinentes in fu-
gam uersi erant, & pene omnes occidione occisi.
Bassa ipse cũ multis principibus interfectus est.
alij uiui capti ad regẽ adducti. Rex prospero suc-
cessu elatus, postero die omnibus copijs Othbo-
mani castra circundat. Othbomano mos est ĩ me-
dio castrorũ sibi priuatim munitiones facere: &
in eis se quasi in arce continere. In hac quoq; ex-
peditione circiter quattuor millia passuũ in cir-
cuitu locum uallo fossaq; munierat. Currusq; ca-
thenis compactos, circũquaq; post uallum obie-
cerat, singulis plaustris binas bombardas impo-
nens: preterq; eas ingentem copiam tormentorũ
cuiusq; generis ad defendendas munitiones dis-
posuerat. Ad hęc regenda, ad quindecim millia
uiros in administratione bombardaꝝ, aliorumq;
tormentorũ exercitatos locauerat. Intra uallum
habebat equites uigintiqnq; millia: quos de to-
to exercitu delegerat. Hi maxime Thraces atq;

Tribali erãt. Peditũ quoq; quos Ianiçaros uocat: uiginti millia erãt. manus prope inuicta: & macedonicę phalangi persimilis. Persę ergo fugatis reliquis copijs Othomani, ad munitiones ueniunt. Othomani milites qui intra uallum erãt, cũ aduertissent hostẽ munitionib9 appropinquare: igne supposito, omnia tormẽta simul excutiunt: quibus hostem miserabiliter affligunt. Hic filius regis adolescẽs audacissimus, inter primos acerrime pugnans, plumbea glande tormẽto excussa traiectus occubuit. Cęteri persę tum exemplo suorum quos passim mutilatis mẽbris, atq; fusis uisceribus iacere uidebant, metu perculsi: tum equos terribili fragore tormentorũ, atq; insueto tonitu bombardarum perterritos regere non ualentes terga uertunt. Turci eruptione facta fugientibus instãt. At regij subditis calcaribus celeri fuga hosti se surripiunt: nam totus exercitus regius equitũ erat. Turci persarũ castra inuadunt: omnia impedimenta dirripiunt: nec ultra hostẽ persequi ausi sunt. Rex ad montana armenię incolumis cũ exercitu se recepit. Ibi enim uxor cũ liberis eius erat. Othomanus quoniam hostẽ castris atq; impedimẽtis exuerat, dimisso exercitu

uictorē se existimans/ Biçantium uersus tendit. Regię copię fuere in hac expeditione/trecenta & qnquaginta millia. Othomani exercitus trecenta & uiginti millia expleuerat. Ex regijs ad decem millia: ex Othomani quadraginta millia desiderati sunt. Rex ergo non copijs/nec uirtute militū ab Othomano: sed arte atq; tormentis superatus est. Impator his ex litteris Katarini Zeni cognitis: qui eū etiā monebat/ ne hoc anno ultra regē expectaret: nam instante hyeme in hiberna exercitū rex ducturus erat: Cilicia soluens/ Cyprū cōcessit/de filio nato reginę gratulaturus/quē antea enixam audiuerat. simulq; si qua ad tutandū regnū necessaria forent prospecturus. Vbi ad reginam uenit: post gratulationem regina uolente puer ab imperatore/& legatis ad sacrum fontem suscipitur. puero q; paternū nomen inditum est. Baptiçato puero/a regina digreditur. Erat Cypri Andreas Cornari9 reginę patruus/ uir mansueti animi/ atq; benigni ingenij ab adolescentia optimis moribus institutus: potiusq; iniuriam pati: q̄ inferre paratus. Huius consilio regina in administratione regni maxime utebatur: quē imperator ad se uocat: de conditione regni: de fide

hominũ ab eo inquirit: & num aliquid timeret: aut alicuiꝰ rei indigeret interrogat. Ille tranquilla ac tuta esse omnia respõdit: nec in presens alicuius rei opus esse affirmat. Imperator tamen inopinata etiam metuens/ preter illas triremes magnas/ que tormenta/ & alia dona regi persaꝝ mittenda aduexerãt/ duas alias addidit: quas presidij gratia Famauguste reliquit. Prefectis nauiũ mandat/ uti dicto Cornarij audientes sint. Interim legatus pontificis cũ duabus triremibus ad imperatorẽ uenit. reliquas octo a questore qui impense faciende gratia a pontifice prepositus erat abductas Chium uersus esse narrat. Legatꝰ de pugna regis persarũ cũ Othomano ab imperatore edoctus cũ eo reuertit. Itaqꝫ simul Cypro recedunt. Et quoniã omniũ animi ad regis persarũ copias: atqꝫ exitum intenti erant. Imperator ueritus ne Othomanus solita astutia ad deprimẽdos hostiũ animos/ regem persarũ fusum atqꝫ fugatum a se diffamaret (Solet enim sepe re etiam male gesta leticiam/ atqꝫ alia signa uictorie pre se ferre) Primũ Rhodum: tum Chium: deinde alias insulas: atqꝫ ciuitates grecie adnauigans/ omnibus affirmat/ regẽ/ tametsi castra amisisset: prelio tamen

& occidione hostium multo superiorē extitisse. nec credi debere Othomano hosti fallacissimo. Quib⁹ persuasis/ Sporadas/atq; Cycladas preter- nauigans: peloponnesum uenit: Methonamq; se recepit/ quoniam iam hibernū tempus aduene- rat: & ab amicis litteras acceperat/ quibus certior factus erat/ successorē propediem sibi designatū iri. Ibi expectare statuit Senatus decretū quo do- mum reuocaretur. Legatus pontificis cum dua- bus triremibus (nam reliquas octo ne uidimus quidem) & regius dux cum sua classe grecia sol- uentes in italiam se conferunt.

Coriolani Cepionis Petri Mocenici
Imperatoris gestorum liber tertius.

IAcobus rex Cypri potitus regno: omnes insulę nobiles/ atq; prin- cipes/ quoniam partes Carolę so- roris suę secuti fuerant/ alios ex- auctorauit: alios in exilium misit: aduenas homines postremę conditionis: & qui piraticam exercuerant/ ad summū gradum pro- uexit. Horū maior pars erat ex illa regione cite-

rioris hispaniȩ, quȩ nunc Catalonia dicitur. Qui mortuo rege, usi rapto uiuere, suo non contenti: tametsi a rege ãplissima patrimonia donata possiderent: res nouas moliebant. Inter eos erat archiepiscopus Cypri: hic a rege suo, ad Ferdinandum regẽ Apuliȩ legatus missus fuerat. qui audita morte sui regis, ad occupandũ p tyrannidẽ Cypri regnum cum suis popularibus, in quorũ manu arces, ac magistrat⁹ totius pene insulȩ erãt: animũ cõuertit: ad hoc magno sibi usui fore existimans si Ferdinandi regis Apuliȩ filio ex cõcubina nato: Iacobi regis Cyprij filiam eiusdẽ conditionis desponderet, multis suasionibus ad contrahendũ matrimoniũ regem perpulit. Igit rex unũ ex suis fidum cum archiepiscopo, datis duabus triremibus, quȩ eos deueherent Cyprũ, mittit. Imperator cũ audisset duas regias triremes: quȩ ad se non diuerterant, Cyprum uersus prȩternauigasse, causam profectionis earũ ignorãs: Coriolanum Cepionem: & Petrum Tholemerium dalmatas prȩfectos cũ duabus triremibus illuc mittit. Quibus mandat, ut reginam adeant: suoq; nomine eam salutẽt. & si res exigeret: imperatorem cum classe, ad omnem ipsius reginȩ

uoluntatem uenturum polliceantur: Deinde si quid noui in illo regno esset: ut ad se celeriter redeant iubet. Interim dux cretensium imperatori rumore quodam motus scribit / Cyprios animũ sincerum nõ habere: atq; res nouas moliri. Quapropter imperator Victorem Soprantiũ legatũ cum octo triremibus / pręter illas duas quas iam miserat / Cyprũ mittit: ut uideret ne quid detrimenti regnum illud caperet. Victor absq; mora Methona soluens / pręmissas triremes Cretę consequitur. Coriolano uti pręcedat iubet. Mandata ab imperatore accepta exequatur. Se cũ reliquis triremibus subsecuturum q̃ primũ affirmat. Interim archiepiscopus Cyprum appulsus: amicis atq; popularibus suis consiliũ aperit: & ad occupandum regnum suadet. facilę illos tyrannidem regni obtinere posse affirmat. Regis Ferdinandi filium / puerũ esse docet: cui regis filiam puellã etiam despondere uolebat. Regem quoq; suum infantem esse ostendens / Illos inter duos pueros dominaturos / modo Andream Cornariũ reginę patruum e medio tollerent. Et ne Venetorũ potentiã pertimescerẽt / multa illis cõmentatus est.

Tunc homines perfidi, obliti iurisiurandi: quod sanctissime seruandę fidei gratia reginę pręstiterant, scelestum consilium archiepiscopi approbant. Andream Cornarium uirum innocentissimũ morti destinant: & ad occupandum regnum per tyrannidem coniurant. Sequenti itaq; nocte dato signo, omnes ad arma concurrunt. Primum reginę medicũ cum quodam ciue Polinçapa nomine: reginę fidos atq; intimos, qui metu perterriti in cubiculũ ad reginam confugerãt: inter manus ipsius reginę trucidant. deinde ad inquirendũ Andreã tendunt. At ille audita cęde medici, ad arcem confugerat, ac a pręfecto arcis exclusus inter duos muros arcis delituerat. Quem quidam Nicolaus, Epirota genere, uir omnibus probris obnoxius, coniuratis prodidit. qui ad locum uenientes, data fide Andreã euocant. Tum satellites coniuratorũ simul cum Marco bembo Andreę ex sorore nepote, eum trucidant: uestibusq; expoliatos, nuda corpora relinquunt. Quę quidã dispensator Andreę in ęde diui Dominici sepeliuit. Ex fœdere antiquo Veneti prętorẽ Cyprũ mittunt, qui Venetis ĩ ea insula ius dicit.

Erat tunc prętor Nicolaus pasqualicus/ad quem coniurati conueniunt. Andream ob auariciam a militibus quibus mercedem non soluerat/occisũ narrant: Se ĩ fide reginę & in Venetoꝝ amicitia mansuros affirmãt. Prętorem rogant/ ut Senatui Veneto/ & Imperatori scribat: Andreã sua culpa a militibus mercenarijs/ quos stipẽdio fraudauerat interfectum esse. Se quoqꝫ oratorẽ Venetias & ad imperatorẽ mittere uelle dicũt. qui & fidẽ eorum integram regi suo cum matre/ & amicitiã perpetuã Senatui Veneto polliceatᷣ. Prętor tametsi eos falsa locutos sciret: tamen tempori inseruiens/ omnia se facturũ promittit. Deinde coniurati ad regiam conueniunt. Tum filiam regis puellam annorũ sex filio regis Ferdinandi/ etiã impuberi despondent. Titulũ principis Galilęę & multa prędia doti promittũt. Hoc titulo apud Cyprios successores regni gaudent. Quibus peractis/ unã ex regijs triremibus cũ illo regio nũcio qui cũ archiepiscopo uenerat/ uti regi Ferdinãdo acta significet mittũt. Deinde metuentes Venetorũ potentiã ne se opprimerent/ anteq̃ ipsi suas opes firmassẽt/ oratorẽ Venetias/ & ad impatorẽ

classis mittũt: ut atrocitatẽ cędis Cornarię leniat: & si q̃ expeditio cõtra eos futura esset / rem quoquo modo posset ꝓtraheret. Litteras quoq; reginę nomine / eiusq; manu adscriptas / & ad imperatorem & ad Senatũ mittunt: quibus cõtinebat᷑ Andream a militibus ꝓpter eius auariciã occisũ: se cum filio regnũ libere administrare: omnesq; sibi fidos / ac dicto obedientes esse. Nã regina tyrannide oppressa: omnia ex tyrannorũ uolũtate agebat: & hęc nõ ex sua / sed ex coniuratorũ sententia scripserat. Deinde tyrãni sibi fidos ac scelerum conscios / arcibus pręficiunt. Et quoniã in ęrario nihil pecuniarũ erat: tyranni multa uasa regis argentea conflant / satellitibus suis stipẽdiũ daturi nummũ percutiunt. Dum hęc agunt᷑: duę triremes ab imperatore missę Cyprum ueniunt. Extra portum Famaugustę ad scopulos anchoras demittunt. Hic Coriolanus cũ socio cognitis rebus / rem dissimulare ad tẽpus statuit: tamen ad cõfirmandos bonoꝝ animos / tyrannorũq; deterrendos deliberat ex aliqua uerisimili causa reginę nunciare legatũ cum octo triremibus aduentare: imperatoremq; nõ post multos dies esse uenturũ. Itaq; ad reginã accedens / se ab imperatore

missum esse dicit, uti nunciaret quoniã impera-
tor audiuerit Sultanum ęgyptiorum principem
Carolę regis sorori regnum Cypri polliceri. Le-
gatum cum decem nauibus pręmisisse: se quoq;
propediem cũ tota classe esse uenturũ: ut omnes
intelligant Senatum Venetum, & ipsum impe-
ratorem, reginam & regnum Cypri cõtra quos-
cunq; tueri uelle. Quo nuncio regina aliquãtulũ
cũ omnibus bonis recreata est. Tyranni hęc au-
dientes suę saluti diffidere cœperũt. Quarta post
die Soprantius legatus cũ octo triremibus uenit:
extra portum naues reduxit: nec ipse urbem in-
trare uoluit. Duo ex cõiuratis accepta fide ad le-
gatũ ueniunt. Andreę auariciam accusant. suam
ac suorum innocentiam apud legatum approba-
re conantur. Tunc se & sua omnia Senatui Ve-
neto credituros pollicẽt. Legatus tametsi uerba
factis nõ conuenire aduerteret: tamen si consilio
eos ad resipiscentiã reuocare posset, tentare sta-
tuit. Igitur coniuratis respondit: Andreę cędem
non publicam sed priuatam iniuriã esse: eos mo-
do in fide regi suo manere uelint, Senatum Ve-
netum amicos habiturũ affirmat. Ad hanc rem

nō uerbis ſed factis opus eſſe. Proinde ſi uera ſūt
quę pollicentur/ arces ac uectigalia regni reginę
reſtituant. Illi ex cōmuni cōſilio reliquoꝝ omnia
ſe facturos promittunt. Legatus cum plures dies
ī componendis rebus cum tyrannis conſūpſiſſet:
nihilq; ab ijs pręter uerba ſe habere poſſe aduer/
teret: ad Senatum atq; ad imperatorē ſcribit: re/
ginam/ ac regnum graui tyrannide oppreſſum:
nec a ſe tyrannos ad ſanius conſiliū oratione ad/
duci potuiſſe. Itaq; ad liberandum regnū/ armis
atq; ualidiore expeditione opus eſſe. Iam impe/
rator ſucceſſorem ſibi Triadanum Grittum uirū
acris ingenij/ atq; in re. p. exercitatum: ętate tamē
pergrauem/ utpote qui octuageſimū & quartum
annū expleuerat/ deſignatū eſſe audiuerat: ſimul
cum eo duos legatos: Lodouicum bembum qui
ante bienniū legatus etiā fuerat: & Iacobū Mar/
cellum/ uiros magni animi: atq; in re nauali plu/
rimū uerſatos. Quare Senatus decretū quo miſ/
ſus ī patriam redire poſſet expectabat/ cum con/
iuratorum orator ad eum uenit: mandata exe/
quitur. Imperator increpatum oratorem a ſe di/
mittit. Tum nō ſecus ac par eſt in tali re motus:

nō esse cessandum ratus: magistrum classis ad se uocat: ut naues instructę: classisq; parata sit iubet Forte tunc aderant triremes magnę septē: quattuor quę Alexandriam mercatorię rei gratia petebant: Tres quę ob eandam rem Syriam uersus proficiscebantur. Imperator omnes a cursu suo retinet. Alexandrinas Cretam mittit. Magistratui quo in statu res Cyprię sint significat. Sunt Cretę stipendiarij equites multi quorum maiores cū colonię in illam insulam a Venetis deducerent: equis militaturi prędia acceperāt. Igitur duci Cretensiū Imperator mandat ut q̄ maximū numerū equitū comparet: nauibus Alexandrinis imponat. Pręterea iubet ut quascunq; naues onerarias nactus fuerit, cibarijs oneret: mercenarijs militibus ex pręsidijs ciuitatum deductis: ac sagittarijs cretensibus cōpleat. Has omnes copias ad se expectandū Rhodum mittat. Ibi enim omnes copias colligere deinde Cyprum petere statuerat. Tres naues Syriacas Neapolim mittit: prefecto urbis scribēs ut quantū naues ferre possent in eas equitū imponat: cursusq; eaꝝ Rhodū uersus dirigat. Ipse ex urbibus peloponnesi pręsidiarios milites assumens, in naues distribuit.

Prȩter hȩc equites in singulas naues decem assu-
mit. duas triremes magnas/ quȩ classi necessaria
subministrare solēt/ cibarijs ac tormētis ad expu-
gnandas urbes necessarijs onerat. Equitum etiā
quātū ferre poterāt imponit. Tū ꝑ omnes urbes
atq; insulas grȩcię edictū mittit: quo prȩcipit: ut
quȩcūq; naues Veneti nominis ad eas applicue-
rint/ capitis pœna/ & bonorū amissione indicta:
Cyprū se cōferant. Quibus strenue paratis: Im-
perator cū omnibus copijs Rhodum uersus ten-
dit. Internauigandum redduntur ei litterȩ a So-
prantio legato: quibus significabatur Cyprum a
tyrannide oppressam: & quē animū tyranni ha-
berent: quid ue ipse cū illis egisset. Imperator ex
litteris legati/ rebus cognitis/ mature se Rhodum
contulit. Dum ibi aliquot dies moraret̄/ nondū
omnes apparatus undiq; uenerant/ quos ipse ex-
pectare statuerat/ ut cū ualidissimis copijs ad in-
sulā accedere/ & hostē opprimere posset: litteras
a Soprantio accepit: ex quibus cognoscit/ tyrānos
metu perterritos aufugisse. remq; Cypriā iam in
uado esse. Regina autē scribebat/ & si principes
tyrannidis auditis copijs atq; ingenti imperato-
ris apparatu/ metu perterriti ꝓfugissent/ restare

tamen multos/ qui omniũ consiliorũ participes tyrannorũ fuerant. & qui multa contra ius/ & fas dixerãt & fecerãt. Pręterea plurimos etiã pręter noxios esse/ qui nunc ad potentiã suã cuncta tra/ hendo omnia pturbabãt. Totũq; regnũ ĩ magno discrimine esse affirmabat. Quaꝓpter uehemen ter imperatorẽ rogabat/ obtestabaturq;/ ne se ac regnũ in maximo periculo positũ desereret: Sed cũ omnibus copijs ad extirpandã tyrãnidẽ/ & cõ/ ponẽdũ regni statũ uenire maturaret. Imperator lectis litteris reginę ac legati/ diligẽtiq; ęstimatio ne omnibus pensitatis/ cũ omni apparatu Cyprũ se conferre statuit. Primum ut regnũ a tyrannide uendicatũ cõponeret: deinde ut omnibus osten/ deret Venetoꝝ potentiã cũ res exigerẽt q̃ in ex/ pedito sit. Igit̃ cũ omnibus copijs Rhodo soluens Cyprum uersus tendit: atq; intra paucos dies Fa/ maugustã uenit. Hic Imperator ut armati adsint omnibus iubet. Deinde media urbe ĩ campo diui Nicolai/ ante regiã/ ipsa regina cũ omnibus Cy/ priorũ principibus inspectante/ exercitũ lustra/ uit. omnesq; copias in cõspectũ dedit. Regina & principes uiso ingenti apparatu/ obstupuere/ ad/ mirantes imperatoris nostri studiũ ac diligentiã: q media hyeme/ sęuiente mari/ fœdaq; tẽpestate

nõ nunq̃ interpellante tantas copias ex diuersis locis tam breui tempore contraxerat. Imperator inito numero copiarũ, naues mercatorias, cęterasq; omnes quę undiq; euocatę aduenerãt, p̃ter rostratas suę classis soluit. Eqtes cuiusq; generis cũ militibus ex p̃sidijs deductis domũ remisit, sagittarios cretenses tantũ retinens. Deinde ex Veneta natiõe p̃fectos delegit: quos cũ presidio cretensiũ sagittarioꝝ omnibus arcibus p̃fecit. Quibus expeditis, quoniã post fugã tyrannoꝝ regina multos ex satellitibus cõprehensos ĩ carcere retinebat: Imperator habita quęstione cędis, participes atq; cõscios supplicio affecit. Cęteros suspectos cuiusq; cõditionis ĩ exiliũ misit: multos noxios, maleq; animatos ꝑ insulã delitescẽtes, aqua igneq; interdicto, ꝓscripsit. & nõ nullos q studio reginę cõtra tyrãnos operã suã nauauerãt, cognita causa, ex bonis tyrannoꝝ remunerauit. Et iam ab Impatore omnia cõposita, & regnũ pacatũ, ac quietũ erat, cũ reddũt̃ ei litterę Nicolai Marcelli ducis Venetorũ, cũ Senatus decreto quo ꝓuincia Cypri ei demãdabat̃. Multa dux ĩ expeditiõe faciẽda impatorẽ monebat: ut de retinẽdis nauib9 negociatorijs: de eqtibus cretẽsibus, ac epiroticis:

de militibus p̄sidiarijs: quę omnia imperator admonitiones ducis, ac Senatus superans, cōsilio ac diligētia sua iam fecerat. Hoc mirū: Nam quicquid post mortem regis Senatus ad cōseruationē regni fieri iussit: omnia Imperator suo consilio pręoccupauerat. & si iam nihil quod ageret relictum erat: tamen ex Senatus decreto Cypri manere, & successorem expectare ei necesse fuit. Interim uenit Iacobus Marcellus nouus legat⁹, qui ab Seuatu cum pecunia ad conducendos ex peloponneso equites missus fuerat. Cęterum auditis ab imperatore gestis, omisso negocio pecuniā ad imperatorem detulit. Imperator accepta pecunia Marcellum cum decem triremibus ad tutandas Aegeas insulas misit. Et cū iam per multos dies Cypri successorem expectasset, nihil de aduentu successoris audiret: tandem reddūtur ei a successore litterę, quibus significabat se in terram gręciā uenisse: sed ex senatus decreto Cyprum accedere nolle, quoniam totum negocium illius regni ei demandatū erat. Imperator acceptis litteris successoris sui, cernens regni statum optime constitutum: & omnia quieta & pacata esse, domū redire, quoniam iam tempus exposcebat statuit.

Victorem Soprantium legatũ qui etiã ex Senatus decreto ĩ expeditione terrestribus copijs pręesse iussus fuerat: cum decem triremibus ad pręsidium regni Famaugustę manere iussit. Ipse reginam adijt: quam benigne allocutus: Venetorũ potentia / & opera sua / regnum a tyrannis liberatum / eiq; restitutum esse dicit. Imposterum etiã si opus fuerit / & Senatus nomine / & suo / maiora ꝓmittit. Regina collaudato imperatore: Senatui Veneto / & imperatori gratias agit. Ipsum patrẽ ac liberatorẽ regni appellat. Quem ob res bene ac ꝓspere gestas / scuto egregij operis / ac uexillo serico: uermiculo tincto / atq; auro picto / cũ regijs signis donat. Legatis quoq; minora uexilla dedit. Imperator regina ualere iussa / atq; regio puero quem regis mater ĩ manibus tenebat exosculato inde digreditur. Ipse relicto legato / cum reliqua classe Cypro soluit. Dura nauigatiõe usus / remis aduerso uento ętbesijs flantibus (quoniam ęstas erat) primũ Rhodũ / deinde Cretã: post Methonam uenit. Hic accepit hostem Scodram oppidũ multis annis Venetoꝝ ditioni subditum / ingenti apparatu obsidere. Scodra sita est ĩ monte excelso / undiq; prono ac decliuo / aliquibus etiã ĩ locis

prȩcipiti/ in ea parte Illyrici / quȩ ab epirotis oc/
cupata/nũc Albania appellat̃. Regio fertilis om/
nibus ad uictum mortaliũ necessarijs abundans.
Ex parte occidentis oppidi est lacus octuaginta
millia passuũ ĩ circuitu patens: nomẽ ab oppido
sumit/ & lacus Scodrȩ appellat̃: ex quo fluuius
exit/ qui prȩterfluens radices montis in quo op/
pidum situm est/ alluit. Hunc fluuiũ incolȩ Bo/
lianã uocant. Scodram priscis temporibus Plinio
teste/ Drino quoq; amnis a parte orientis prȩter/
fluebat: qui mutato alueo nunc iuxta Lyssũ de/
currit: ab hostio Bolianȩ decem millia passuum
orientem uersus/ bino hostio mare intrat. Cuius
fluuij ad Scodrã/ & alueus siccus/ & pontis uesti/
gia extant. Miror cur nec Plinius nec Strabo dili/
gẽtissimus geographus/ de lacu tam insigni/ nec
de eius fluuio ullam mentionẽ fecerint. Hi am/
bo fluuij nauigabiles/ etiam onerariarum nauiũ
ad multa millia passuum capaces sunt. Planicies
inter eos/ ac circum adiacentes campi/ ita fertiles
sunt/ ut semina temere iacta/ & absq; diligentiori
cultura mirabilem fructũ ferant. Hic ab incolis
pecora quoq; pascuis repelli dicunt̃/ ne nimia sa/
cietate interimant̃. In circuitu regionis montes

sunt pr̨ealti atq; asperi: Humiliora colles aprici tenent: uinetis: oliuetisq; optime consiti. Maritima huius regionis ꝓpter paludes/ silųe c̨edųe occupant/ qųe ad naues fabricandas multā materiam pr̨ebent. Quāobrem Othomanus qui spe orbis imperiū amplecti uidet̃/ hāc regionē & ad alendos exercitus/ & ad fabricandas naues/ cōseruandamq; classem propter duo flumina opportunā existimans: Scodram caput/ atq; arcem totius regionis expugnare statuit. quā si cepisset nō dubitabat totam regionē in suam ditionē esse cessurā. Sperabat enim redacta in potestate Albania/ exemplo Alexandri/ & Pyrrhi epirotaꝝ regū/ cum classe Adriaticū sinū traicere/ & quod illi nō potuerant propter exiguas uires/ se ualidissimo apparatu/ ingentibusq; copijs Italiam occupaturū. Igit̃ Solimano Bass̨e Romanę expugnādi oppidi ꝓuinciā demandat. Hic captus ī Pannonia inferiori/ quā regionē nunc Bossinā dicimus/ puer admodū ob egregiam formam Othomano dono datus est: quem ille eunuchū fecit/ & in consuetudinem stupri habuit. Deinde superiori anno iam uirum ī locū illius Bass̨e/ qui in persico pr̨elio occubuerat ad summū magistratū prouexit.

Cui ad octo millia Ianiçaros ex sua cohorte: & cētum opifices ad fundendas atq; exercendas bombardas dedit. Bassa omnes duces prouinciarum quę citra hellespontū sunt/ Othomanoq; obediunt: ad se uocat. uti quisq; cum suis copijs adsit iubet. Quingentos camelos qui ęs deuebant ad cōflandas bombardas parat. Quibus expeditis cum toto exercitu per Macedoniā: deinde Tribalorū prouinciam pertransiens/ in Albaniam uenit. omnes circūiacentes campos Scodrę copijs suis occupat. Hic inito numero copiarū/ octuaginta millia hominū in exercitu se habere comperit. Itaq; distributis partibus oppidum undiq; obsideri iussit. Et ne quis exire aut intrare oppidū posset/ diligentissime obseruari mādat. Opifices ad fundendas bombardas/ operā intendūt. Bassa cęsis trabibus in proxima silua/ infra oppidū mare uersus fluuiū ponte iunxit. Cui Alibegū audacissimū tribalorum ducem cū suis copijs presidio locauit. Imperator intellecta obsidione Scodrę/ & si successorem suū cū aliquot triremibus illuc profectū esse sciebat: tamen ne ī aliqua parte rei. p. deesset: mature se ad Albaniā trāsferre statuit. & cū Corcyram uenisset: redduntur ei litterę Venetorum ducis/ cum

Senatus decreto quo demandabatur ei prouincia Albanię defendendę. Accepto igit decreto/ absq; mora cũ Stephano Malipetro legato suo/ Albaniam se contulit : atq; hostium Bolianę intrans : Triadanũ Grittum successorẽ suum/ cũ Lodouico bembo eius legato offendit. Mocenicus & si ex Senatus decreto / solus cuncta agere poterat : tamẽ ut est minime ambitiosus / semper publicã utilitatẽ suę dignitati pręferens/ omnia ex communi consilio successoris/ facere & disponere statuit. Miserat Senatus Leonardum buldũ legatũ : uirũ multarũ rerũ usu sapientem : & qui in Albania multo tẽpore uersatus fuerat/ ut terrestribus copijs in hac expeditione pręesset. Hunc imperatores cũ quattuor triremibus/ Catarũ miserunt. Catarus urbs est Dalmatię / in sinu Risonũ sita : ciuibus frequens/ agrũ quoq; amplũ & bene habitatum habet. Hanc Risonij diu bello uexati : propriam sedem relinquẽtes/ in tutiori loco ędificarũt. Imperatores Leonardo mandant/ uti Iuanũ cernoium : qui Illyricis lacũ accolentibus dominatur/ fœderatũ & amicũ Venetorũ adeat : uiroq; suadeat/ ut collectis omnibus copijs/ tam suis q̃ ex ciuitatibus quę Venetis parent aduocatis :

terrestri itinere Scodrę subsidium ferat. Leonar-
do iubent quatenus fabricatis nauibus / per lacũ
simul cũ Iuano ad Scodram suppetias laturus se
conferat. Deinde quinq; triremes / ut Drinonem
intrãtes / pręsidio Lyssi sint mittũt: quoniã Lyssi
oppidũ in plano sitũ ac male munitũ est. Insula
nõ parua Lysso adiacet / quã Drino diuisus bino
hostio mari influẽs efficit. In hac se pene ex om-
nibus uicis Albanię incolę cum rebus suis rece-
perant. Igit' pręter triremes multa nauigia bene
armata ut insulam tuerent' mittunt. Dirachium
quoq; quattuor triremibus / & equitum epirota℞
pręsidio firmãt. Hęc ciuitas maxime tẽpore bel-
lorũ ciuiliũ celebrata fuit. Nam Pompeius om-
nes apparatus belli cõtra Cęsarẽ in eam contule-
rat. Nũc ꝓpter aeris malignitatẽ deserta ac pene
inhabitata est. Multa tamen monumẽta egregię
urbis in ea adhuc manent. Inter quę statua eque-
stris ęnea ad portã quę continentẽ spectat posita
est. Hãc (quoniã sine inscriptiõe est) alij Theo-
dosij imperatoris: alij Constantini esse asserunt.
Hanc urbem Veneti propter cõmoditatẽ portus
imposito pręsidio custodiunt. Butuano etiã / atq;
Antibaro & Olchino militũ ac nauium pręsidia

mittūt. Olchinū prius Colchiniū dictū est a colchis conditū: Cuius ciues etiā nunc nescio quid feritatis cōditoꝝ suorū retinētes/ hospitibus duri atq; infesti sunt. Impatores cū reliqua classe iuxta templū Sergij martyris ī conspectu oppidanorū manent. Templū a mari quattuordecim millia passuum distat. A templo ad Scodrā qnq; millia passuū sunt. Vltra ędem fluuius pluribus ī locis uadosus: triremes/ aliasq; grādiores naues trāsire nō patit᷑. Ex hoc loco imperatores oppidanis: & oppidani imperatoribus/ quotidie mane ac uesperi/ accenso igne/ constantis animi signū ostendebāt. Boliana infra templū octo millia passuū: ex utraq; parte/ saxoso colle occurrente in arctissimas fauces coit. Hunc locum incolę Scalam appellant. Transfuga quidā imperatoribus refert hostem trabes ac cathenas parare/ faucesq; fluuij occludere uelle affirmat. Quaꝓpter imperatores instructis nauibus: & hostes simul ad occupandū locū contendūt. Cū nostri uenissent/ iam utraq; ripa a confertissimo hoste occupata erat. Hostes nostros sagittis infestant. Nostri uero lapidibus & glande plūbea tormētis excussa hostē affligūt:

telaq́ cuiusq́ generis ingerentes/ multos uulnerant. Et quoniã nostri tecti ac muniti/ hostes autẽ ad omnẽ ictum expositi prȩliabant̃. nec aliquod telum a nostris ĩ confertissimos hostes in cassum mittebat̃/ multi hostiũ cadebant. Igit̃ hostes multis occisis/ pluribus uulneratis/ nostris liberũ locũ relinquentes/ terga uertunt. In hoc certamine Turcorũ circiter quingenti interiere. Ex nostris &si multi sagittis uulnerati sunt / ne unus quidẽ desideratus est. Imperatores relictis quattuor triremib⁹ ad prȩsidiũ loci/ cũ reliqua classe ad martyris ȩdem se recipiũt. Interim Bassa ad destruendos muros quattuor bombardas magnas/ duodecim minores q̃bus tecta oppidi deijceret/ fuderat. Itaq́ die noctuq́ non cessabat/ crebris ictibus bombardarũ muros prosternere/ qui non multȩ crassitudinis/ ob uetustatẽ etiã debiles ac inualidi facile ruebãt. Erat ĩ oppido Scodrȩ p̃tor/ & totius Albaniȩ legat⁹ Antonius Laoredanus clarissima familia ortus: uir maximi animi: indefessiq́ ingenij: & omnia extrema ꝓ patria subire paratus. qui prȩsenti animo omnia circũspiciẽs: ubi muros lapsuros aduertebat/ palos defigebat: quos trãsuersis trabib⁹ firmabat. deinde interiectis cratibus/ ex terra & stercore equino/ cuius ĩ oppido

magna copia erat: aggerē quindecim pedū latū: & uiginti altum extruebat. Supra aggerem/dolia uinaria terra repleta/ loco pinnarū disponebat: quibus oppidani tecti in hostē pugnare possent. Laoredanus adolescentē quendam/ Epirotā genere/ fidentis animi magnis ꝓmissis perpulit ut suas litteras imperatoribꝰ deferat. Adolescēs acceptis litteris/ nactus tonitruis ac nimbis ingruentibus/ horridam & obscuram noctem ꝑ media castra hostiū euadit: Imperatoribusq; litteras reddit. Quibus Antonius scribebat/ se situ loci/ uirtute oppidanorum/ munitionibus a se extructis inexpugnabilem existimare. Cęterū quia euentus belli dubius erat/ Imperatores rogabat/ ut sibi subsidium ferre conarētur. Nam ipse quoq; rem difficilem fore cernebat/ quoniam ualidissimus hostis omnes aditus firmis p̄sidijs occupauerat. Imperatores lectis litteris/ ad Leonardū ut rem acceleret cum Iuano scribunt. Leonardus sua diligentia omnia expedierat: & Iuanus non paruā manū peditū/ quibus Georgium fratrē suū pręfecit collegerat. Leonardus pręter quattuor naues quas ipse fabricauerat/ fluuiaticas lyntres triginta instructas & bene armatas ī classe habebat.

Est mons a sinu Risonū usq; ad Bolianā perpe-
tuus, qui q̄si quodā promontorio decliuus in ri-
pam Bolianę ex aduerso Scodrę desinit: totus sa-
xosus, & asper, equestribusq; copijs inuius. Igit̄
statuta die, Georgius ꝑ dorsum mōtis, Scodram
uersus copias ducit. Leonardus cū classe ꝑ lacum
adnauigat. Miserant collegia quę Veneti scolas
uocant: quoniā triremes ꝓpter fluminis uadum
ad oppidū peruenire nō poterant, nauiculas pi-
scatorias armatas septuaginta, Imperatores ma-
gistrū classis cum expeditione nauicularum, uti
cū nostris si quo pacto se coniungere posset, mit-
tunt. Ille tabulis undiq; tectis nauib⁹, ne ab hoste
utranq; ripam obtinēte sagittis infestaret̄, remis
innixus, aduerso flumine, ad oppidū tendit. Nec
hostis interea cessabat: nā quę apud nos agebāt̄:
a transfugis edoctus erat. Igitur ad radices mōtis
quo Georgius uentur⁹ erat, duodecim millia le-
ctissimorum equitum cum duce Cansabego op-
ponit: pontemq; duplici pręsidio munijt. Supra
oppidū unde Leonardi classem ueuturam time-
bat, minores bombardas in ripa fluminis dispo-
suit. Sagittarijs, cęterisq; militibus, q nostros mis-
silibus tormētis excussis ꝓpellerēt, locū muniuit.

Georgio ergo ex mõte descendenti/Cansabegus instructa acie occurrit/& cũ ad lapidis iactũ uentũ esset/ sagittis & alijs missilibus inuicẽ eminus prelianť. maxime illyrici ex superiori loco lapidibus fundis excussis turcos affligebant. Nã Georgius propter equestres copias hostium monte descendere/& campis se credere nõ audebat. Nec Cansabegus equestribus copijs/ intercedentibus preruptis saxis/ montem ascendere poterat. Leonardus cũ e lacu in fluuiũ classem inducere uellet/ offendit flumẽ piscatorijs structuris/ totũ q̃si de industria ad ꝓhibendũ aduentũ classis/ impeditũ. Hoc enĩ in loco magna captura piscium fit: ex qua Veneti qnqꝫ millia aureorũ uectigal exigere solent. Itaqꝫ classiarij ultra progredi non ualentes/ in primo aditu fluminis/ cũ turcis manũ conserebãt. Hic quidam turcus iactabundus obequitabat sepius inclamitans/si quis Venetorum singulari certamine secũ pugnare auderet/ extra tecta nauiũ exiret. Tum unus ex naualibus socijs illyricus natione e naui ꝓsilijt: cũ hoste cõgredit. Dũ turcus arpe eum ferire studet: Illyricus ictũ scuto excipiẽs/ norico ense turci latus hausit. hostemqꝫ equo detractũ expoliat. caputqꝫ ei abscidit

quod in nauem rediens ante pedes ducis magna cũ laude proiecit. Interea magiſter claſſis cũ ſua expeditione ad pontẽ uenit: Sed cũ nec tranſire pontem: nec hoſte prohibente deſtruere poſſet: ſagittis tantũ / & glande plumbea / turcos pontem tuentes uulnerabat. Igitur cum noſtri duces fruſtra conatus fieri aduertiſſent / ſigno receptui dato ab incepto deſiſtũt: & ad ſtationes ſuas copias reducũt. Deinde imperatoribus referũt Baſſam ualidiſſimis pręſidijs cũcta firmaſſe: nec ſine magna equitum copia oppidanis ſubſidium ſe ferre poſſe affirmant / quoniam tota regio campeſtris erat. Imperatores reiecta in pręſens ſpe ſubſidij quoad Senatus ualidiores copias pręparet / totam ſpem in ſitu oppidi / & oppidanorum uirtute ponunt. Interim nouus imperator cum Lodouico bembo legato ſuo / graui morbo corripitur. Nam tota regio Bolianę adiacens / inſalubris atq; peſtifera eſt. Paludes enĩ & ſtagnantes aquę craſſam nebulam exhalantes / aerẽ corrumpũt. qua peſte tota pene claſſis correpta atq; proſtrata erat. Igit᷑ Triadanus cũ Bembo legato ſuo procurandę ſalutis gratia / Catarum ſe conferũt. Mocenicus & ipſe non ſatis ualidus / finem oppugnationis cum

Malipetro expectare statuit. Iam Bassa omnes muros Scodrę deiecerat: & Laoredanus noua munimēta e terra ac stercore erexerat. nec hanc munitionē bombardę destruere poterant. Nam omnia saxa bombardarū mollis materia in se recipiens, nihil detrimēti sentiebat. Eunuchus ad Laoredanū mittit, uti oppidū dirutum atq; prostratū dedat. Quod si fecerit, magna prēmia a principe suo accepturū: interq; primos apud Othomanū eum futurū promittit. Nec expectare uelit ut capto oppido, uictoris licentia per omnes gradus, atq; sexus sine discrimine uagetur. Tum Laoredanus respondit. Non esse se ex illa colluuione Othomani ad pręsidiū oppidi electū, sed ex patricia Venetorū gente: cuius maiores nō oppida sibi credita hosti tradere: sed urbes expugnare, & hostem ī deditionē accipere soliti essent: se uero fidei integritatē, patrięq; amorē omni gaçe, atq; opibus Othomani longe pręponere. Ille uero si uir & nō mulier: ut fertur: est, oppidum muris nudatū capere festinet. Igitur Bassa, spe deditionis amissa, crates ac pluteos quibus sui tecti muniti ones subirent, pręparat. Tū arpagones: manus ferreas: atq; falces longis hastis pręfixas milites

habere iubet. Scalis opus non erat. Nam per rui-
nas murorum ad sũmitatem munitionũ euadere
poterant. Igitur primo crates & pluteos ferentes
ad protegendos qui sequebantur/ preire iubet.
Deinde hastatos / quibus Ianiçaros scuto & ense
tantũ leuiter armatos/ ut ad munitiones expediti
euadere possent interposuerat/ subsequi mandat
Post hos sagittariorꝫ atqꝫ aliorũ militũ ingentem
copiam/ qui glande plumbea/ atqꝫ alijs missilibus
oppidanos a defensione deturbarent locat. Itaqꝫ
disposita acie/ ac distributis ordinibus / ante lucẽ
undiqꝫ ingentibus copijs montẽ circundat: & ad
oppidũ tendit. Interim oppidani ad sũmouen-
dum hostẽ se preparant. Erant in oppido multa
uasa uimiea fimo bibulo oblita/ in quis oppida-
ni frumenta seruare soliti erant. Ea uasa pice/ te-
da/ stupa/ sulfure complent: que igne incensa in
hostem demissuri erãt. Saxa ingentia per muni-
tiones disponũt. maiores bombardas paruis lapi-
dibus suffarciũt/ ut uno ictu simul excussi plures
uulnerare possent. Quibꝰ paratis: oppidani om-
nibus missilibꝰ instructi/ taciti ex industria/ quo-
usqꝫ hostis munitiones subiret/ expectant. Turci

magno clamore edito/corona oppidũ aggrediũt᷑.
per ruinasq; murorũ ad munitiones euadere co/
nantur. Tũc oppidani pręsenti animo hostẽ telis
obruunt: nõ nullis arpagones/ & manus ferreas
extorquent. Viminea uasa ardentia in hostẽ de/
mittunt: quę pestis Turcis maxime ineuitabilis
erat (Confertissimo enim hoste totus mons erat
oppletus) uasa rotunda per decliuum montis se
rotantia/obuios quosq; adurebant. Tum saxa in/
gentis magnitudinis deuoluũt: quę in subiectas
petras ꝑ prona montis sępius incidentia maiore
impetu ferebant᷑: atq; cateruas Turcorũ protere/
bant. Lapides quoq; plures simul bombardis ex/
cussi/ nõ singulos/ sed turbam inimicorum occi/
debãt. At Turci indignati per aceruos cadauerũ:
beluarum more ruentes/ munitiones ascendere
conabantur. Sed oppidani magnanimi atq; auda/
ces ubiq; aderant: saxa: ignem/ ac tela ingerentes
hostẽ ꝓsternũt: a munitionibusq; sũmouẽt. Nec
Laoredanus aliquo ĩ loco deerat: circumeundo
cuncta ꝓspiciebat/sicubi rariores/saucios/aut fes/
sos defensores uiderat/plures integros submitte/
bat. Omnes hortabat᷑/obtestabat᷑q; ꝑ unicũ uerũ

atq; immortalem christianoꝝ deum: per integrã fidem quã erga Senatũ Venetũ habebant: a quo magna prẽmia defensi oppidi accepturi erant: ut memores uirtutis suę, & christianę religionis: patriam, liberos, atq; cõiuges a crudelissimo barbaro defenderent. Nec Bassa cessabat cũ reliquis ducibus circũeundo, Turcos claua ferrea percutiendo, tanq̃ pecudes ad oppugnationẽ subagere. Et cũ duas horas ante lucẽ, ad quartã diei oppugnatio durasset, nec aliquid Turci proficerẽt: sed ubiq; passim caderent, ꝓprijs corporibus suorum cadauera tegentes: Tandẽ diffusi in fugam terga uertunt. Oppidani eruptione facta, tergis hostiũ insistunt. fugientes usq; ad radices montis persequendo trucidant. Tum multis signis militaribus potiti, & spolijs occisorũ onusti, in oppidum reuertunt. In hac oppugnatione, Turcorũ ceciderũt tria millia, inter quos prẽfecti ac duces magni nominis quattuordecim: uulnerati absq; numero: quorũ magna pars postea occubuit. Ex oppidanis septẽ tantũ desiderati sunt: uulnerati quinquagintanouẽ. Oppidani sequẽti die, ligna fasces, & aliã aridam materiã corporibus occisoꝝ

hostium superiaciunt: deinde igne supposito cadauera concremant: uerentes ne fœtida corpora aerem corrumpant, morbūq; oppidanis inferāt. Imperator cū accepisset apud Scodram a nostris rem bene & prospere gestā: nihilq; ultra de expugnatione oppidi dubitaret, diligentiorē curā ad conualescendū adhibere statuit. Nam & morbus in dies crescebat: & iam audierat Lodouicū bembum legatū, Catari diem suū obijsse. Triadanum quoq; Grittum successorem suum graui morbo oppressum proximū morti esse. Multos pręterea ex pręfectis triremium naturę concessisse. Eadem sibi metuens, ad medicos Ragusium concessit, relicto ibi Stephano Malipetro legato: etiam non satis ualido: qui imperatori affirmat nunq̄ a Boliana se recessurum, etiā si certa mors sibi instaret: nisi prius hostis obsidionem Scodrę solueret. Ragusiū est ciuitas dalmatię, quā Epidaurenses, Epidauro a Gotis euerso, auspicatiore loco condiderūt. Vrbs est libera, legibus atq; moribus optime instructa. Habet Senatum atq; magistratus, ordinem quoq; patriciorum, & plebis distinctū. Patricij soli rem. p. administrant. Plebs

tantũ suis rebus studet: de publicis minime curiosa est. Hęc ciuitas prę cęteris dalmatię urbibus: publicis & priuatis operibus magnifice extructa est. Habet & naulia/ ac portum cathena clausum. Ciues etiam in diuersis prouincijs mercaturam exercentes/ cęteros dalmatas opibus superãt. Hic imperator aduocatis medicis/ potionibus ac medicamentis sanitatem procurat. Ciues etiam ipsi tanq̃ in aliquem pręsentem deum/ ac uindicem christianę rei. p. certantes/ in imperatorem officiosi sunt. Nam fama rerum gestaꝝ imperatoris Mocenici omnia impleuerat. Bassa cũ aduertisset expugnatione Scodram capere non posse: & longo tempore oppidum obsidere non audebat: quoniam acceperat a Venetis ad se opprimendũ magnos apparatus fieri: bombardas quas fuderat in frusta concidere iussit: ut ęs camelis exportari posset. Erat oppidulum/ Dagnum nomine/ a Scodra sex millia passuũ distans: quod nostri in aduentu Turcorum/ quoniam male munitum erat: supposito igne succensum dereliquerãt. Huius castelli muros Bassa/ ut aliquid fecisse uideretur: destruere/ & solo ęquare iussit. Quibus peractis



obsidionem soluens / exercitum dimisit. Ipse in Macedoniam se recepit. In hac obsidione oppidani maxime siti laborauerant / penuriaq; aquarum multas angustias sustinuerant. Nam puerorum: senum / & mulierum debilis turbę / siti confecti supra duo millia occubuerant. Nec aliquis oppidanorum / cum uiderent cõiuges / & liberos ante oculos deficere / animũ ad deditionem conuertit. Et nisi obsidio soluta esset: quoniam iam in oppido aquę / quod uix ad tres dies / modicũ quiddã singulis distribuendo sufficere poterat / nõ erat: decreuerant omnes uno impetu armati in hostẽ irruere. & ibi cum hoste uiriliter pręliando / sanguinẽ suũ ulti occumbere. Itaq; soluta obsidione omnes ad fluuium ruunt: desiderataq; multis diebus aqua se satiant. Hic multi aqua repleti stupidi rigentibus membris / statim mortui conciderũt. Imperator audito hostis discessu / cũ neq; medici / neq; medicamẽta Ragusina aliquid eum iuuarẽt / graui ualitudine oppressus / Venetias se contulit. Nec post multos dies Triadanus nouus imperator Catari morit̃. Stephanus Malipetrus Mocenici legatus / cum hostis suo discessu secura

omnia reliquisset/classem dissoluit. Prefectis nauium mandat/ uti se ad salubriora loca conferãt: suam/ & naualium turbe sanitatem procurent: Nam pene omnes Boliane morbo correpti iacebant. Ipse quoq; infirmus Venetias proficiscitur.



Licet nunc mihi in fine opusculi affirmare/ cum multa egregia facta Venetorũ legissem atq; audissem: nullum tamen extitisse imperatorem/quem Mocenico inuicte uirtutis imperatori/ conferre possim. Nam quis eo sapientius futura preuidit? quis instantia prudentius disposuit? quis deniq; solertius ac diligentius cũcta administrauit? Omnia enĩ cõsilia hostiũ preoccupans/ nullũ locũ inferende iniurie inimicis unq̃ reliquit. Prelia non minori audacia/ q̃ felicitate inijt/ & cõfecit. Patiens laboris: somni parcissimus: uictuq; militari/ potius q̃ imperatorio contentus erat. Semper sollicitus & intentus ne hosti occasionẽ rei bene gerende daret Ipse non cessans hostẽ aliq̃ insigni clade afficere.


Nam prętet urbes captas/& ꝓuincias ab eo deso-
latas atq; euersas/ multę naues onerarię Turcorū
mercibus onustę : & supra quadraginta biremes
cū lembis piraticis interceptę sūt. Piratas omnes
captos supplicio affecit. Naues uel igne consum-
psit: uel ad cōmodum urbium quę Venetis sub-
ditę sūt reliquit. Itaq; toto quadriennio quo ipse
imperium administrauit / res.p. Veneta ne mi-
nimo damno affecta est. Hunc ego uirū nō tantū
nostris imperatoribus : sed romanis illis magni
animi atq; egregię uirtutis pręferre ausim. Nam
hic non ut illi qui uana ambitione inflati/caducis
honoribus inhiantes/& ad propriā potentiā om-
nia referentes cūcta gerebāt: Sed christianę reli-
gionis/& uero amore patrię captus/semper pro-
prię etiam saluti publicum cōmodum prętulit.
Nec dignitates ei defuere: quas quo uehemētius
fugiebat/citius consequebatur. Nam & ante im-
periū censurā integerrime administrauit. Prin-
cepsq; in Senatu rogandarum sententiarū sępius
fuit. & legationibus ad pontificem/& imperato-
rem romanum plerunq; functus est. Imperium
administrās absens frequenti cōsilio procurator
diui Marci creatus est : quę dignitas prima post

ducatum apud Venetos habetur. Et iam domū reuerſus/nondū ſatis procurata ualitudine/mortuo Nicolao Marcello duce/uniuerſa ciuitate in hanc ſententiam concurrente/dux Venetorum cōſtitutus eſt. quę dignitas inſtar Lacedęmoniorum regum apud Venetos habet̃. Dux urbi prępoſitus/ac rei. p. princeps omnia ex Senatus conſulto adminiſtrat. In hoc tantū a Lacedęmonijs Veneti differunt. Nam illi duntaxat ex duabus familijs reges conſtituebant. Veneti ex qualibet patricia familia/modo moribꝰ & uirtute pręſtet: ducem ſuum creant. Nunc ego ſummū immortalemqꝫ deū precor/uti Mocenicus imperio ſuo rebus bene ac proſpere geſtis rei. p. ſtatū firmauit: Ita nunc etiam princeps atqꝫ dux/ſuo ductu atqꝫ auſpicijs/Venetorū imperium longe lateqꝫ propaget.

Impreſſum eſt hoc opuſculum Venetijs per Bernardum pictorem & Erhardum ratdolt de Auguſta una cum Petro loſlein de Langencen correctore ac ſocio. Laus Deo.
M.CCCC.LXXVII.



Jan: 9th 1801.



R/ir/-

Esemplare mancante delle cc. a_1 e g_6.

8.V.1935.XIII

[illegible]



